LEXICON CAESARIANUM

CONFECIT

H. MEUSEL

VOLUMEN II

BEROLINI
W. WEBER
MDCCCXCIII

LEXICON CAESARIANUM

CONFECIT

H. MEUSEL

VOLUMEN II

PARS I

(iaceo — Paleio)

BEROLINI

W. WEBER

MDCCCXCIII

PRAEFATIO.

Iis, quae in prioris uoluminis praefatione dixi, pauca uidentur addenda Iure a quibusdam uiris doctis, qui de primo huius lexici uolumine iudicium fecerunt, reprehensum est, quod non seuere secundum litterarum ordinem uoces digesserim. In duobus sane uocabulorum generibus paulum ab illo ordine discessi: nam et aduerbia semper adiectiuis, a quibus ducta sunt, subiunxi, et participia, etiam si adiectiuorum munere funguntur, constanter ea uerba, a quibus originem ducunt, subsequi uolui. Qua quidem ratione paucis quibusdam locis aliquid incommodi ortum est. Sed in altero uolumine huic malo ita mederi conatus sum, ut suo loco indicarem, qua in pagina eius modi uoces inuenirentur. Vt in hac re constantia, ita in alia re inconstantia uituperatione digna est. Nam cum primo certis quibusdam uocibus, maxime nominibus propriis, ut acies (p. 86), Aduatuca, Aduatuci, Alesia, antesignanus, addidissem, quibus in libris de his ipsis rebus, locis, populis accuratius esset disputatum, aliquamdiu, quod quam manca necessario esset haec librorum enumeratio intellegebam, hoc indicare omisi. Postea tamen, cum non pauci uiri docti hanc ipsam operae meae partem uehementer probarent, denuo ea, quae congesseram, adscribere constitui. Ea, quae in lexico ipso suo loco desiderantur quaeque sero inueni, in Addendis adiunxi. Sed cum multa ex iis, quae collegeram, duobus libris, qui eodem fere tempore atque lexicon meum in Francogallia in lucem prodierunt, contineri animaduerterem, omnia, quae ipse conquisieram, cum iis contuli, quae in duobus illis libris enumerata sunt, et quaecumque ibi reperiuntur ipse praetermisi. Illorum librorum alter inscriptus est: *Bibliographie générale des Gaules. Répertoire systématique et alphabétique des ouvrages, mémoires et notices concernant l'histoire, la topographie, la religion, les antiquités et le langage de la Gaule jusqu'à la fin du Ve siècle, par Ch.-Émile Ruelle. Paris 1880—86*; alter inscribitur: *Bibliographie des travaux historiques et archéologiques publiés par les Sociétés savantes de la France, dressés . . . par Robert de Lasteyrie et Eugène Lefèvre-Pontalis. Paris 1885 sqq.* Eius quem secundo loco commemoraui libri uix dimidiam partem absolutam esse, cum singulari quadam cura atque diligentia confectus sit, ualde dolui. Horum librorum in Addendis demum rationem habere potui. — In reliquis rebus eandem quam priore uolumine rationem institui, nisi quod inde a littera L interposita littera ⟨*o*⟩ significaui, in uerborum ordine discrepare libros manu scriptos, cum antea quamlibet librorum dissensionem indicassem littera ⟨*c*⟩. Praeterea in altero uolumine religiosius etiam quam in priore codicum scripturam respexi ac plurimos locos denuo examinaui, ne qui error subreperet in codicum discrepantia indicanda. Quae autem codicum lectiones adferuntur, eas semper fere ad unum illud uocabulum, quod antecedit, pertinere moneo, nisi si locus ipse satis declarat ad plura uerba eas esse referendas. — Orationum Caesaris earum tantum me duxisse rationem, quas a Caesare scriptas esse constat, nemo prudens improbabit. Itaque consulto ea, quae a Suetonio (D. Iul. 66) Caesari tribuuntur, quamquam et a Merguetio et a Mengio recepta sunt, spreui, praesertim cum oratio ipsa clamet Caesaris illa uerba non esse.

Quem ad modum in primi uoluminis praefatione pollicitus sum, tabulam coniecturarum huic uolumini adieci. Vniuersam uero meliorum editionum uarietatem, quamquam collectam habeo, tamen, ne duplicaretur huius tabulae ambitus, addere nolui. Ac plurima ex iis, quae praetermisi, nullius momenti sunt; quae utilia sunt, ea omnia in tabulam illam recepi.

*

Continentur igitur hoc libro hominum doctorum coniecturae, quibus Caesaris commentariorum uerba, qualia uetustissimis libris manu scriptis memoriae sunt tradita, emendare conati sunt. Quas ut colligerem, tredecim annorum spatio plus tria milia uoluminum perscrutatus sum: editiones et Caesaris et multorum scriptorum Graecorum Romanorumque, acta litteraria commentationesque academiarum, dissertationes inaugurales, libellos gymnasiorum, annales, ephemerides, miscellanea, symbolas litterarias, bibliothecas criticas, animaduersiones, obseruationes, analecta, opuscula, multa alia, quae quidem usque ad exitum anni 1891 publici iuris facta sunt. Quamquam ex maxima horum librorum libellorumque parte, quos inspexi et uolutaui, aut nullum aut admodum exiguum fructum percepi. Ex ueteribus Caesaris commentariorum editionibus diligenter contuli editionem principem, Aldinam (1513), Parisinas Vascosani et Rob. Stephani, ex recentioribus Schneideri, Nipperdei, Frigellii, Dübneri, Dinteri priorem, Holderi editiones. Inspexi praeterea editiones Beroaldi, Pauli Manutii, Lipsii, Scaligeri omnibus iis locis, quibus, cum mendum esse uideatur in codicibus manu scriptis, inter se discrepant editores. Sed ex ingenti coniecturarum numero non recepi eas, quae idcirco a uiris doctis factae sunt, quod meliorum librorum manu scriptorum lectionem ignorabant, neque eas, quae prorsus absurdae sunt. Saepe sane haesitaui, utrum commemorarem certas quasdam coniecturas an silentio praetermitterem. Praestare tamen uisum est quam maxime esse in hac re facilem, liberalem, indulgentem. Itaque non raro mentionem feci coniecturarum, quae aperte falsae sunt longissimeque a uero abhorrent, si aut pluribus hominibus doctis dignae uisae sunt commemoratione aut locus ille, quem sanare conantur, prorsus est desperatus. Recentiores codices, quippe qui originem ducant omnes ex uetustioribus, qui etiam nunc exstant, in Bello Gallico plane neglexi; sed alia instituenda fuit ratio in Belli Ciuilis commentariis. In ueteribus enim editionibus satis multae exstant lectiones, quae quamquam ex recentioribus tantum codicibus adhuc cognitae sunt, tamen aut uerae aut certe non plane reiciendae uidentur. Ex his non paucas ex uetustis libris manu scriptis fluxisse docuit me codicis Ashburnhamiani et partis cuiusdam antiquissimi codicis Laurentiani (pl. 68, 8) collatio. Itaque quaecumque ueterum editionum lectiones in commentariis de Bello Ciuili a codicibus z (= *afhl*) discrepantes aut bonae aut certe non improbandae uisae sunt, etiamsi ex libris mscr. petitae sunt, eas omnes in hanc tabulam recipiendas existimaui. Consulto in toto opere omisi leuiores quasdam res, uelut discrepantiam in uocibus *et—atque*, *nec—neque*, *neu—neue*, *confirmasse—confirmauisse*, *ii—hi*, quaeque aut ad orthographiam quam dicunt pertinent aut ad uerborum conlocationem.

Cum maxime breuitati esset studendum, certis quibusdam signis notisque constanter usus sum. Stellula hominum quorundam doctorum nominibus adposita (**Paul*, **WNitsche*, **PHarre*, **BKübler*, **Frig.*) indicaui, hos uiros aut praesentes aut per litteras ea, quae adferuntur, mecum communicasse. Binis stellulis significaui, coniecturae auctorem arbitrari unam uocem interisse, ut 3, 64, 1 „**cohortes *Forchh.*"; ternis stellulis indicatur plura uerba intercidisse, ut 1, 18, 3 „se deiecerunt.*** Attius *Paul*" idem ualet quod „Paul censet inter uoces deiecerunt et Attius plura a librariis esse omissa." Vncorum tria (uel quattuor) adhibui genera: BG. I 1, 1 „aliam] alteram *Aimoin.*, *Hotm.*" significare, in libris et scriptis et editis exstare aliam eamque uocem ab Aimoino et Hotmano mutari in uocem alteram, uix est quod commemorem; — „ab aliis [quaerit] *Lips.*, *Scal.*" (I 18, 2) significat in codicibus esse uerba ab aliis quaerit, sed uerbum quaerit a Lipsio et Scaligero deleri; — „⟨et⟩ ante se *Ashb.*; *uett. edd.*" (BC. 1, 70, 3) significat particulam et in codd. z (*afhl*) deesse, addi in cod. Ashb. et ueteribus editionibus (quattuor); „sed ⟨illatum⟩ defenderit *Ciacc.*" (I 44, 6) significat participium illatum in nullo codice manu scripto inueniri, addi a Ciacconio; — lunulis plerumque inclusi eas coniecturas, quas ipsi auctores dubitanter proposuerunt, ut V 52, 1 „(neque enim uel paruulo *Ciacc.*)"; non numquam in iis lectionibus usus sum his lunulis, quas ex deterioribus codicibus uidentur hausisse ueteres editores, uelut III 24, 1 „(acie instructa *uett. edd.*)". — Si quae emendatio ab omnibus editoribus recepta est, eam addito auctoris nomine primo loco posui, subieci codicum scripturam, ut (I 1, 5): „Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam *Ald.*; oceanum finibus belgarum attingit. etiam *X*;" (3, 1, 6) „hos *ed. pr.*; hoc z." Si omnes libri et manu scripti et typis expressi consentiunt, coniecturas hominum doctorum plerumque ita adfero, ut ea uerba, in quibus discedunt ab omnibus libris, litteris latius dispositis indicem atque distinguam; cf. 2, 41, 8 „fortuna seruare uoluisset *Cornelissen*" (libri omnes habent: fortuna seruare potuisset). — Praeterea *defendendi* et *tuendi* uerbo ita semper usus sum, ut ad codicum mscr. uerba pertineat, uelut VI 5, 2

„eo quod meruerat *del. Apitz*, *Vielh.*; *defend. Dt.*, *AHorner*" idem est quod „uerba eo quod meruerat delenda censent Apitz et Vielhaber, eadem uerba a Caesare scripta esse demonstrare conantur Dinter et AHorner." Contra *probandi* et *improbandi* uerba semper pertinent ad coniecturas, uelut VI 7, 6 uerbis „in consilio *del. Paul*; *prob. RSchn.*" indicaui Rudolfum Schneiderum probare Guilelmi Paul coniecturam, qui uerba illa delenda censet. (Probari autem coniecturam ab aliis saepe consulto non commemoraui.) — Haec fere sunt, quae explicatione uidentur egere.

Reliquum est, ut addam ipsum me eas, quas commemoraui, coniecturas ex editionibus, annalibus aliisque libris libellisue hausisse, aliorum uerbis me fidem non habuisse. Si qua coniecturarum, quas ipse non inueneram, ab aliis facta erat mentio, eos libros, in quibus prolata dicebatur illa coniectura, ipse euolui; si aliorum uerba discrepabant ab iis, quae ego exscripseram, denuo eius modi locos inspexi aut conatus sum (nam uiginti fere locis non licuit) inspicere. Qua in re cum unum meum, permultos aliorum deprehenderim errores, sperare licet non admodum magnum fore eorum locorum numerum, quo errauerim. Nihilo minus non nulla a me praetermissa, non nulla non recte allata esse ueri simile est; de quibus qui me admonuerit gratissimum mihi fecerit.

Vnde singula petierim et quibus notis usus sim, ex eo quem subieci indice cognoscetur.

Achaintre = Caius Julius Caesar ad codices Parisinos recensitus cum . . . eruditorum notis, quibus suas adiecerunt N. L. Achaintre et N. E. Lemaire. Vol. I. II. Paris. 1819. 20 (raro inspexi).

Ἀθήναιον, σύγγραμμα περιοδικόν. Ἀθήνησιν (1872—)1882.

Aicardus. Quae adferuntur, ea hausta sunt ex Oudendorpii editione. Cf. Oud. praefat. fol. **3 uers.

Aim. = Aimoinus, De gestis Francorum, praefat. (Commemoraui pauca ex iis, quae ab Oud. et Nipp. proferuntur.)

Ald. = Caesaris commentar. Venetiis in aedibus Aldi, et Andreae soceri 1513 mense Aprili.

Ald. nep. = Scholia Aldi Manutii Paulli F. Aldi N. (Vsus sum editione Jungermanni, non numquam ipsius Aldi editionem a. 1588 inspexi.)

d'Anville = Jean Baptiste d'Anville, Notice de l'ancienne Gaule. Paris 1760. 4°.

Apitz = C. I. Caesaris commentarii de Bello Gallico. Emendauit . . . Ioannes Apitzius. Berolini 1837. — *Apitz* (*SchCr.*) = Schedae criticae in C. I. Caesaris comm. de B. Gall. Scripsit I. Apitzius. Lips. 1835. — C. I. Caesaris comm. de Bello Ciuili. Emend. I. Apitzius. Berolini 1837.

H. *d'Arbois* de Jubainville, Les noms gaulois chez César et Hirtius de B. Gall. Paris 1891.

Antonius Augustinus commemoratur ab Ursino.

Arch. f. Lex. = Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik, hggb. v. Ed. Wölfflin. Leipz. 1884—90.

Seebodes Archiv u. *Seebode.*

Basiner = O. Basiner, De bello ciuili Caesariano. Mosquae 1883 (Ipse hunc librum non uidi.)

BB. = Blätter für das bayerische Gymnasialschulwesen. Bd. 1. Bamberg 1865; Bd. 27. München 1891.

Bentl. = Caii Julii Caesaris . . . commentarii. Notas et Animaduersiones addidit Tho. Bentleius. Accessere Conjecturae et Emendationes Jacobi Jurini. Londini 1742.

RBentl. = Richardus Bentleius. (Lucani Pharsalia c. notis Hugonis Grotii et Rich. Bentleii. Strawberry-Hill. 1760. 4°.)

Ber. = Commentarii Caesaris recogniti per Philippum Beroaldum. 1512. 8°.

Bergk (*Rheinl.*) = Theod. Bergk, Zur Geschichte und Topographie der Rheinlande in römischer Zeit. Leipzig 1882.

Krit. Bibl. = Kritische Bibliothek für das Schul- und Unterrichtswesen. Hildesheim.

Bipont. = C. Iulii Caesaris opera ad optimas editiones collata studiis societatis Bipontinae. 2 uoll. Biponti 1782 (raro inspexi).

LBos (*Anim.*) = Lambertus Bos, Animaduersiones ad scriptores quosdam Graecos. Accedit specimen animaduers. Latinar. Franekerae 1715.

Brant. = Ioan. Brantii (Antverpiani) ad Caesaris comm. notae criticae (haustae ex Jungermanni ed.)

Brisson = BBrisson, De formulis et sollemnibus populi Rom. uerbis. Francofurt. 1592. Fol.
JBritzelmayr = Kritische Bemerkungen zu Stellen in . . Caesar. Progr. Landshut 1868.
Brut. = Io. Michaelis Bruti libellus uariarum lection. (Vsus sum Jungermanni edit.)
Camerarius = Ioachimi Camerarii (Pabepergensis) annotationes (haustae ex Jungerm.)
Cant. (*NL.*) = Guil. Canteri Nouarum lection. libri VII. Basil. 1581. (Antverp. 1571.)
Cellar. = C. Iulii Caesaris commentarii . . . Christoph. Cellarius recensuit. (Vsus sum ed. Lips. 1767, sed raro.) — Eiusdem Curae posteriores. Jenae 1687.
Lit. Centr. = Literarisches Centralblatt, hggb. v. F. Zarncke. Leipz.
Ciacc. = Petri Ciacconii Toletani in Caesaris comment. notae (petitae ex Jungerm. edit.)
Clark. = Caesaris commentar. Accesserunt annotat. Sam. Clarke. Lond. (1712) 1720. (Clarkii coniecturas hausi ex Oudendorpii edit.)
Class. Rev. u. *Rev.*
JClericus = J. Clerici Ars critica. Amstelod. 1697.
Cluver = Phil. Cluveri Germaniae antiquae libri III. Lugd. Bat. 1616 Fol. — Eiusdem Italia antiqua. LB. 1624. Fol.
Cornelissen = Aduersaria critica, scripsit JJCornelissen, in Mnemosyne, Noua Series, uol. 17 p. 44—49.
WCorr. = Correspondenzblatt für die Gelehrten- und Realschulen Württembergs. Tübingen.
Crusius (*Prob. crit.*) = Chr. Crusius, Probabilia critica. Lips. 1753.
Cuiacius. Eius coniecturae commemorantur ab Oud. et Madv.
Daehne = C. Iulii Caesaris comment. Annotat. critic. adiecit Io. Christoph. Daehne. Lips. 1825.
D'Anville u. *Anville.*
Dav. = C. Julii Caesaris Quae exstant Omnia. Ex recens. Joannis Davisii. Cantabrig. 1706. 4°. — *Dav.*[2] = ed. altera additis curis secundis Davisii. Lond. 1727. (Davisii coniecturas hausi ex Oudendorp. edit.; paucis locis ipsius Davisii edit. priorem adii.)
Db. (*Dübn.*) = C. Julii Caesaris comment. Annotat. crit. instruxit F. Dübner. 2 tomi. Paris. 1867. 4°; — *Db. 1858* = C. Julii Caesaris commentarii. Texte revu . . . par Fr. Dübner. Paris 1858.
Dederich (*3, . . .*) = ADederich, Kritische und exegetische Bemerkungen zu Caes. B. Civile in: Zeitschr. für die Alterthumswissenschaft, 3. Jahrg. 1836.
Dint. u. *Dt.*
Dittenb. = C. Iulii Caesaris comm. de B. Gall. Erklärt von Fr. Kraner. 15. Aufl. v. WDittenberger. Berlin 1890. Kritischer Anhang (p. 393 sqq.)
Doering = Mauritius Guil. Doering, Obseruationes criticae in aliquot Iulii Caesaris loca. (Pr.) Fribergae (1821).
Dt. (*Dint.*) = C. Iuli Caesaris commentar. recogn. B. Dinter. Lips. Teubn. 1864(—83). 1870(—87); — *Dt.*[2] = altera editio eiusdem libri. Lips. 1884; BC. 1888. — *Dt.* (*prf.*) = Caes. comm. recogn. B. Dinter. Vol. I. Comm. de B. Gall. Lips. 1864 p. XIII—LII. Vol. II. Comm. de B. Ciuili. Lips. 1870 p. V—LXXVI. — *Dt.* (*Qu.*) = Quaestiones Caesarianae. Scrips. B. Dinter. Grimae 1876 (GP. Grimma 1876). — *Dt.-Dob.* = Caes. comm. de B. Ciuili. Erklärt von A. Doberenz. 5. Aufl. besorgt v. G. B. Dinter. Leipz. 1884.
Donatus (*ad Liu.*). Eius coniecturas sumpsi ex Drakenborchii edit. Amstel. 1738.
Dübn. u. *Db.*
Jac. *Durantii* Casellii Variae lectiones in Grut. Lamp. III.
edd. = editiones; *uett. edd.* = editio princeps, Aldina a. 1513, Vascosani, Roberti Stephani.
ed. inc. = Caes. comm. de B. Gall. 1473 Fol. s. l.
ed. pr. = editio princeps. Rome, in domo Petri de Maximis. 1469. Fol.
Elberl. (*Obs.*) = C. G. Elberling, Obseruationes criticae ad Caii Iulii Caesaris comm. de B. Ciuili. Havniae 1828.
Ellebodius u. *Nicas.*
Endl. = J. P. Endler, Quaestionum Caesarianarum specimen. Norimbergae 1859. (GP. Nürnberg 1859.)
Eos = Eos. Süddeutsche Zeitschrift für Philologie und Gymnasialwesen. 1. 2. Würzburg 1864. 66.

Eussn. (*JB.*) = Adam Eussner in: Jahresbericht über die Fortschritte der classischen Alterthumswissenschaft. Berlin. Calvary.
PFaber (*Semestr.*) = Petri Fabri Semestria. Lib. I et II Geneuae 1660; Lib. III Lugd. 1595. 4°.
Faern. = Gabr. Faernus. Eius coniecturae passim commemorantur ab Ursino, Aldo Manutio aliisque in Jungermanni editione.
Flade = Christ. Gottlob Flade, Obseruationes ad loca quaedam Iulii Caesaris. Fribergae 1813. (GP.)
CFleischer (*Festschr.*) = Curt H. Fleischer, Kritisches und Exegetisches zum Bellum Gallicum. Festschrift. Meissen 1879.
Flod. = Flodoardus, Historia ecclesiae Remensis.
Forchh. = J. N. G. Forchhammer, Quaestiones criticae de uera commentar. de Bell. Ciuili . . . emendandi ratione. Hauniae 1852.
Fr. u. *Frig.*
Freinsh. (*Curt.* — *Flor.*) = Q. Curtius Rufus, cum suppl., commentariis et ind. Jo. Freinshemii. Argentorati 1670; — L. Annaeus Florus, ed. Jo. Freinshemius. Argentor. 1669.
Frig. = C. Iulii Caesaris de B. Gall. libri. Recens. Andr. Frigell. Vol. I (B. Gall. I—VIII); Vol. II. P. I (collatio librorum); Vol. III. P. I. (de mendis codicum Caesaris) Upsaliae 1861.
FFröhlich = Franz Fröhlich, Das Kriegswesen Cäsars. Zürich 1889. 90.
Georges (*Lexic.*) = Ausführliches latein.-deutsches Handwörterbuch ausgearbeitet v. Karl Ernst Georges. 7. Aufl. Leipz. 1879. 80.
Geyer (*JB.*) = P. Geyer, Jahresberichte des philologischen Vereins zu Berlin (in ZG.)
Gitlb. = C. Iulii Caesaris comm. de B. Gall. Recens. Michael Gitlbauer. Friburgi Brisg. 1884. 85. (Raro inspexi.)
Gland. = Joannis Glandorpii annotationes in Caes. (haustae ex Jungermanni editione.)
Glar. = In Caesaris comment. Henrici Glareani annotationes (haustae ex Jungermanni edit.)
Glück = Christian Wilh. Glück, Die bei Caius Julius Caesar vorkommenden keltischen Namen. München 1857.
vGöl. = August von Göler. Quae pertinent ad B. Gall. I—VI, ea sumpta sunt ex libro, qui inscribitur: Cäsar's Gallischer Krieg in den Jahren 58—53 v. Chr. Stuttgart 1858; — quae pertinent ad BG. VII, inueniuntur in: Cäsar's Gallischer Krieg i. d. J. 52 v. Chr. Karlsruhe 1859; — B. Ciuil. lib. I. tractatur ab eodem in h. l.: Bürgerkrieg zwischen Cäsar und Pompeius i. J. 50/49 v. Chr. Heidelberg 1861 (= *vGöl.*, *Bürgerkr.*); — B. Ciuil. lib. III in libro: Die Kämpfe bei Dyrrhachium und Pharsalus i. J. 48 v. Chr. Karlsruhe 1854 (= *vGöl.*, *Dyrrh.*) — *vGöl.*² = Caesars Gallischer Krieg und Theile seines Bürgerkriegs v. Freih. Aug. v. Göler. Zweite Aufl. hggb. v. Freih. E. A. v. Göler. (I. Theil = B. Gall.; II. Th. = B. Ciuile.) Freiburg u. Tübingen 1880.
JGoerlitz = Joannes Goerlitz, Emendationes Iulianae. GP. Wittenberg 1827.
GP. = Gymnasial-Programm.
Graev. = C. Iulius Caesar. Ex Musaeo J. G. Graevii. Lugd. Bat. 1713. (Raro inspexi.)
Gron. (*Obs.*) = Joh. Fred. Gronovii Obseruationum libri quatuor. (Vsus sum edit. Platneriana Lips. 1755.)
Grosse = Bemerkungen über einige Stellen in Jul. Cäsar's Büchern vom Gall. Kriege, von Prediger Groſse 2. GP. Stendal 1827.
Grut. = Janus Gruterus. Eius coniecturas petiui ex Oudendorpii edit. — *Grut. Lamp.* = Lampas artium liberalium seu Fax critica. Ed. J. Gruterus. T. 1—7. Francof. 1602—34.
Gryph. = Seb. Gryphius. Quae commemorantur, hausta sunt ex Oud. ed.
Guischard(t) (*Mém. milit.*) = Charles Guischardt, Mémoires militaires sur les Grecs et les Romains. Haye 1758. 4°; — (*Mém. crit.*) = Ch. Guischard, nommé Quintus Icilius, Mémoires critiques et historiques sur plusieurs points d'antiquités militaires. Berlin 1774. 4°.
Hand (*Turs.*) = Ferdinandi Handii Tursellinus. Vol. I—IV. Lips. 1829—45.
HHartz (*Adnot.*) = H. Hartz, Adnotationum ad Caesaris de B. Ciuili libros fasciculus. GP. Züllichau 1864. — *HHartz* (*Coniect.*) = Coniectanea Caesariana scripsit Henricus Hartz. Altonauiae 1886. (GP. Altona 1886.)
Hecker = WAAHecker, Quaestiones de commentariis Caesaris de B. Gallico. (Diss. inaug.)

Groningae (1888). (Hunc libellum cum absoluto demum meo libro et partim typis expresso cognouerim, partem tantum coniecturarum recipere potui.)

Heins. uel *NHeins.* (*Aduers.*) = Nicol. Heinsius, Aduersariorum libri IV. Harlingae 1742. 4°. — Reliquae Heinsii coniecturae ex Oudendorpii edit. petitae sunt.

Held = Caji Julii Caesaris comment. de B. Gall. Mit Anmerkungen von J. C. Held. 4. Aufl. Sulzbach 1851; — Caes. comm. de B. Ciuili. Mit Anm. v. J. C. Held. 3. Aufl. Sulzbach 1834.

Hell. (*JB.*) = Heinrich Justus Heller, Jahresbericht über die Fortschritte der class. Alterthumswissensch. Berlin, Calvary 1891; — *Hell.* (*Ph. Suppl. 5*) = HJHeller, Kritische und exegetische Bemerkungen zu Caesars Commentarien. 5. Supplementband zum Philologus. (1885.)

Hellwig = Paul Hellwig, Über den Pleonasmus bei Cäsar. Pr. Berlin, Sophien-Gymnas. 1889.

Herm. = Hermes. Zeitschrift für classische Philologie. Berlin. Bd. 1. 1866; Bd. 26. 1891.

HJ. = Heidelberger Jahrbücher für Literatur. Jahrg. 1—65. Heidelberg 1808—72.

Hist. Ztschr. u. *Ztschr.*

HM u. *M.*

EHoffm.[1] = C. Iulii Caesaris comment. Recogn. Emanuel Hoffmann. Vol. II. Vindobonae 1857. Praefatio p. IV—LXXVI; — *EHoffm.*[2] = Caesaris comm. Iterum recogn. Eman. Hoffmann. Vindobonae 1890. Vol. I p. I—XXXV; uol. II p. III—XLVIII; — *EHoffm.* (*Stud.*) = Em. Hoffmann, Studien auf dem Gebiete der lateinischen Syntax. Wien 1884.

FHofm. = C. Iulii Caesaris comm. de B. Ciuili. Erklärt von Fr. Kraner. (Dritte—)zehnte Aufl. von Friedrich Hofmann. Berlin (1864—)1890. Vsus sum editt. quarta, octaua, decima; — *FHofm.* (*OBC.*) = Friderici Hofmanni de origine belli ciuilis Caesariani commentarius. Berolini 1857.

Hold. = C. Iuli Caesaris B. Gall. libri VII. Recens. Alfred Holder. Freiburg i. B. und Tübingen 1882.

AHorner (*I. II.*) = Beiträge zu Cäsar. Von Anton Horner. Pr. des Gymnas. zu Wr.-Neustadt. (*I* = Wiener-Neustadt 1878; *II* = Wr.-Neust. 1879.)

Hotm. (s. *Hotom.*) = Francisci Hotmani J. C. in Caesaris comm. notae renouatae (haustae ex Jungermanni edit.).

Hug (*JB.*) = Arnold Hug, Jahresbericht über die Fortschritte der class. Alterthumswissensch. Berlin, Calvary.

Hzg = C. Julii Caesaris commentariorum de B. Gall. libri VIII. Erklärt von Christian Gottlob Herzog. 2. Aufl. Leipz. 1831; — C. Julii Caesaris comm. de B. Ciuili libri III. Erkl. v. Chr. G. Herzog. Leipz. 1834.

D. Jannoctii coniecturae non numquam commemorantur a Jo. Mich. Bruto.

JJ. (= Jahns Jahrbücher) = (Neue) Jahrbücher für Philologie und Pädagogik. Leipzig, (Teubner) 1826—1891; — *JJ.*, *Suppl.* = Supplementband (1—17) zu den Jahrbüchern für classische Philologie. Leipz. (Teubner) 1855—90.

JRh. = Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande. Heft 1—89. Bonn 1842—1890.

de Jubainville u. *d'Arbois.*

Jungerm. = C. Julii Caesaris quae exstant. Editio adornata opera et studio Gothofredi Jungermani. Francofurti 1606. (Vsus sum editione altera, quae prodiit Francof. 1669, sed non raro priorem illam consului.)

ed. Junt. = editio Florent. (ex officina Philippi de Giunta) 1514. (Ipse hanc edit. non uidi.)

Jur. uel *Jurin.* u. *Bentl.*; — *Jur.* (*Addend.*) = *Bentl.* p. 567—571.

AKayssler = De rebus a C. Iulio Caesare apud Ilerdam in Hispania gestis, v. Kayssler. GP. Oppeln 1862.

Kindsch. (*Em.*) = Franc. Kindscher, Emendationes Caesarianae. Servestae 1860. (GP. Zerbst 1860.) — *Kindsch.* (*Qu.*) = Franc. Kindscheri Quaestiones Caesarianae. GP. Zerbst 1864.

Köchly = Gaius Julius Cäsar's Memoiren über den Gallischen Krieg. Deutsch von H. Köchly und W. Rüstow. 3. Aufl. Stuttg. 1866; — Gaius Julius Cäsar's Memoiren über den Bürger-Krieg. Deutsch von H. Köchly. Stuttg. 1868; — *Köchly* (*kl. phil. Schr.*) = Herm. Köchly, opuscula philolog. Vol. II. Lips. 1882.

Kohl = Franc. Theod. Kohlii Commentationes criticae. Hamburgi et Kiloni 1727.

Kraff. uel *Kraff.* (*Beitr.*) = Hermann Kraffert, Beiträge zur Kritik und Erklärung lateinischer Autoren. GP. Aurich 1881 et 1882.

Kran. = C. Iulii Caesaris commentarii. Ed. Fridericus Kraner. Lips. (B. Tauchnitz) 1861; — *Kran.*[2] = C. Iulii Caesaris comment. de B. Ciuili. Erklärt von Fr. Kraner. 2. Aufl. Berlin (Weidmann) 1860; (cf. *FHofm.*;) — *Kran.* (*Obs.*) = Frid. Kraneri Obseruationes in aliquot Caesaris locos de interpolatione suspectos. Misenae. (GP. Meissen 1852.)

Kreyssig = C. Iulii Caesaris comm. Adnotat. critic. adiecit Joa. Theoph. Kreyssig. Lips. 1826. (Hac editione uti mihi non licuit; quae commemorantur Kreyssigii coniecturae, eae ex Daehnii, Nipperdei aliorumque editionibus haustae sunt.)

Krit. Bibl. u. *Bibl.*

Kühnast (*Liv. Synt.*) = Ludwig Kühnast, Die Hauptpunkte der Livianischen Syntax. 2. Aufl. Berlin 1872.

JKvičala (*ap. Pr.*) u. *Pramm.*; — eae coniecturae, quibus additur *Listy filol.*, commemorantur in *PhW.* 3, 1137.

Lachm. (*ad Lucr.*) = Caroli Lachmanni in T. Lucretii Cari de rerum natura libros commentarius. ([4] Berolini 1882.)

Lambin. (*ad Cornel.*) = Cornel. Nepos c. commentar. Dionys. Lambini, G. Longolii, H. Magii. Francof. 1608. Fol.

Landgraf (*Unters.*) = Gustav Landgraf, Untersuchungen zu Caesar und seinen Fortsetzern. Erlangen 1888.

Latinus Latinius commemoratur a Ciacc.

JCLaurer = Zur Kritik und Erklärung von Caesars Büchern über den Gall. Krieg. Beiträge von J. C. Laurer. Progr. Schwabach; *Laurer* (*I*) = Schwabach 1883; *Laurer* (*II*) = Schwabach 1884.

Lemaire u. *Achaintre.*

FLLentz = Variae Lectiones. GP. Königsberg, Kneiphöf. Gymnas. 1852.

Leodius u. *Thomas.*

Lippert = C. Julii Caesaris commentarii de B. Gallico, erläutert v. J. G. Lippert. Leipz. 1835. (Raro inspexi.)

Lips. = C. Julii Caesaris commentarii de B. Gall. et ciuili etc. Omnia nunc opera uiri docti emendata et edita. Antverp. (Plantin.) 1586; — *Lips.* (*Pol.*) = Justi Lipsi Poliorceticon libri V; — *Lips.* (*Mil. R.*) = J. Lipsi de militia Romana libri V; — *Lips.* (*Anal.*) = J. L. Analecta siue obseruationes reliquae ad militiam; — *Lips.* (*El.*) = J. L. Electorum libri II; — *Lips.* (*Saturn.*) = J. L. Saturnalium sermonum libr. II.

Lit. Centr. u. *Centr.*

Lochner = G. W. C. Lochner, Obseruationes ad Caesaris comment. locos quosdam. Norimbergae 1828.

HM = H. Meusel; — *HM* (*LC.*) = Lexicon Caesarianum confecit H. Meusel. *I.* Berolini 1887; *II.* Berol. 1893; — *HM* (*JB.*) = HM in: Jahresberichte des philol. Vereins zu Berlin (Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen 1885. 86).

Madv. uel *Madv.* (*AC. II*) = Jo. Nic. Madvigii Aduersaria critica ad scriptores Latinos. Hauniae 1873 p. 247—280; — *Madv.* (*op. ac.*) = Madv. opuscula academica (altera). Hauniae 1842; — *Madv.* (*Em. Liu.*) = Madv. Emendationes Liuianae. Hauniae 1860. ([2]1877.) — *Madv.* (*Kl. phil. Schr.*) = Madv., Kleine philologische Schriften. Leipz. 1875.

Man. uel *PMan.* uel *Manut.* = Caesaris commentarii cum correctionibus Paulli Manutii. Venetiis (Ald.) 1559.

Mannert = Konrad Mannert, Geographie der Griechen und Römer. Nürnberg 1788 sqq.

Markl. = Jer. Marklandi explicationes ueterum aliquot auctorum, in: Euripidis Supplices Mulieres c. notis Jer. Marklandi integris et aliorum selectis. (Lond. 1775) Lipsiae 1822; pag. 262—279 ed. Londin. (= p. 309—324 ed. Lipsiens.)

Maurer (*Cruc. phil.*) = Theodor Maurer, Cruces philologicae. GP. Mainz 1882 (etiam separatim edit. Mainz 1882).

RMg = Rudolf Menge; *RMg* (*LC.*) = Lexicon Caesarianum composuerunt Rud. Menge et Siegmundus Preuss. Lips. 1890; — *RMg* (*Krit. Anh.*) — Kritischer Anhang zu Caes. comm. de

B. Gall. herausgegeb. v. R. Menge. Gotha 1885; — *RMg* (*Qu.*) = Quaestiones Caesarianae. Scrips. R. Menge. GP. Eisenach 1883; — *RMg* (*Rel.*) = R. Menge, Über das Relativum in der Sprache Cäsars. GP. Halle a. S. (Lateinische Hauptschule) 1889.

MMiller = Max Miller, Kritische und exegetische Beiträge zu Caesar. Pr. Aschaffenburg 1874.

Mn. (*Mnem.*) = Mnemosyne. Tijdschrift voor classieke litteratur. Deel 1—11. Leyden 1852—62; Nova series. Vol. 1—19. Lugd. Bat. 1873—91. (*Mnem.* = 1852—62; *Mn.* = Nova series 1873—91.)

(*Th*)*Momms.* (*CIL*) = Theodor Mommsen, Corpus Inscriptionum Latinarum; — *Momms.* (*RG.*) = Th. Mommsen, Römische Geschichte. Berlin, Weidmann. (Vsus sum editione quinta 1868. 69); — *Momms.* (*RSt.*) = ThM., Römisches Staatsrecht. Leipz. [1]1871—87; [2]1876. [3]1887. — (Paucae Mommseni coniecturae commemorantur in Kraneri edit. Weidmanniana.)

Montan. = C. Iulii Caesaris quae exstant, opera et studio Arnoldi Montani. Amstelod. 1661. (Raro inspexi.)

Mor. (*Morus*) = C. Iulii Caesaris comment. Curauit editionem Sam. Fr. Nathan. Morus. Lips. 1780. (Plerumque usus sum editione Oberliniana, ipsius Mori editionem nonnumquam inspexi.)

Morstadt = Robert Adolf Morstadt, Abhandlung, worin vier Bruchstücke anderer Werke, die sich in Cäsar's Bücher vom Bürgerkriege eingeschlichen haben, nachgewiesen werden. GP. Schaffhausen 1850.

BMüller = Bernhard Müller, Zur Kritik und Erklärung von Caesars gallischem Kriege. Pr. Kaiserslautern 1877.

HJMüller (*Symb.*) = Hermann Johannes Müller, Symbolae ad emendandos scriptores Latinos. Partic. II, in: Festschrift zu der 2. Säcularfeier des Friedrichs-Werderschen Gymnasiums. Berlin 1881.

(*IwMüller* = Iwan Müller, in: Eos, Süddeutsche Zeitschr. f. Philol. u. Gymnasialwesen. I. Würzburg 1864, p. 65 sqq.)

RMüller (*JB.*) = Richard Müller, in: Jahresberichte des phil. Vereins zu Berlin. (ZG. 1875. 1878.)

Muret. (*V. L.*) = M. Antonii Mureti Variarum Lectionum libri XIX. (Vsus sum edit. Ruhnken. Lugd. Bat. 1789.)

Muséon = Le Muséon. Revue internationale. Tome 1—10. Louvain 1882—91.

Napol. = (Napoléon III.) Histoire de Jules César. Tome II. Paris 1866.

Nicas. = Nicasius Ellebodius Casletanus. Eius coniecturae commemorantur in editione Jungermann. (ab Aldo Manutio, Ciacc. alііeis.)

Nipp. uel *Np.* = C. Iulii Caesaris commentarii. Carolus Nipperdeius recensuit, optimorum codicum auctoritates annotauit, quaestiones criticas praemisit. Lips. 1847.

Oberl. = C. Julii Caesaris comment. Post Cellarium et Morum denuo curauit Ier. Iac. Oberlinus. Lips. 1805.

Oehl. = C. Iulii Caesaris comment. Recogn. Franciscus Oehler. Lips. 1850.

ÖZ. = Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien. Jahrg. 1—42. Wien 1850—91.

Oud. = C. Julii Caesaris . . . comment. c. integris notis Dionysii Vossii, Joannis Davisii, et Samuelis Clarkii. Cura et studio Francisci Oudendorpii. Lugd. Bat. et Rotterodami 1737. 4º. (2 uoll.)

(*Octauii*) *Pantagathi* et *Passeratii* coniecturae inueniuntur ap. Oud.

Paul = C. Iulii Caesaris comment. de Bello Ciuili. Edid. Guilelm. Theod. Paul. Editio maior. Vindobonae, Pragae, Lipsiae 1889. (Quae lunulis ( ) inclusa sunt, ea aut dubitanter proposuit P. aut nunc improbat.)

Perizonii coniecturas petii ex Oud. edit.

Petavius (*ad Themist.*) = Themistius cum commentario. D. Petavii. Paris. 1618. 4º.

SPetitus (*Obseru.*) = Sam. Petiti Obseruationum libri III. Paris. 1642. 4º.

Ph. = Philologus. Zeitschrift für das klassische Alterthum. Jahrg. 1—49. (Stolberg) Göttingen 1846—91. (*Suppl. 5* = Fünfter Supplementband 1885.)

PhA. = Philologischer Anzeiger. Hggb. v. E. v. Leutsch. Band 1—17. Göttingen 1869—87.

PRh. = (Neue) Philologische Rundschau. Hggb. v. C. Wagener u. E. Ludwig. Bremen 1881—85; Gotha 1886—91.

PhW. = Berliner Philologische Wochenschrift. Jahrg. 1—11. Berlin, Calvary 1881—91.

Pighii mentio fit ap. D. Voss.

Pluyg. = Guil. Georg. Pluygers, Ad Caesarem, in: Mnemosyne, noua ser. uol. IX (1881) p. 1—12.

Pr. = Programm.

Pramm. = C. Iulii Caesaris comm. de Bello Gall. edid. Ignatius Prammer. Pragae, Lipsiae 1883 p. V—XX; — *Pr.*² = edit. altera Lips. 1887 p. XXI. XXII; — *Pr.* (*Lexikogr.*) = Ignaz Prammer, Zur Lexikographie von Caesar de B. Gall. Pr. des Staatsgymnas. im VIII. Bezirke Wiens. Wien 1884.

Procksch (*CT.*) = A. Procksch, Die consecutio temporum bei Cäsar. Pr. Eisenberg 1874. (Leipz., Teubner 1874.)

Queck = C. Iulii Caesaris comment. de Bello Ciuili l. III. Erklärt von Gustav Queck. Jena 1853.

RB. = Revue de l'instruction publique en Belgique.

RC. = Revue critique d'histoire et de littérature. 1.—25. année. Paris 1866—91.

Rev. celt. = Revue celtique (fondée par H. Gaidoz. 1870—85.) Publiée sous la direction de H. d'Arbois de Jubainville. Paris.

Class. Rev. = The Classical Review. Vol. 1—5. London 1887—91.

Rhellic. = Joh. Rhellicani (Tigurini) in Caesaris comm. annotationes (haustae ex Jungermanni edit.)

B. Rhenan. = Beati Rhenani Rerum Germanicarum libri III. Basil. 1551. Fol.

RhM. = Rheinisches Museum für Philologie. Neue Folge. Frankf. 1842—91. (Jahrg. 1—46.)

Barth. Ricius commemoratur ab Oudendorpio.

Riv. di Fil. = Rivista di Filologia e d'Istruzione classica. Torino, Loescher.

Robortellus = Fr. Robortelli annotationes, in Gruteri Lampade, tom. II. Francof. 1604.

RPh. = Revue de philologie, de littérature et d'histoire anciennes. Tome 1—15. Paris 1877—91.

Rub. uel *Rubenius* (*El.*) = Phil. Rubenii Electorum libri II. Antverp. 1608. 4°.

Rüstow = W. Rüstow, Heerwesen und Kriegführung C. Julius Cäsars. 2. Aufl. Nordhausen 1862.

JRutgers. = Jani Rutgersii Variarum Lectionum libri VI. Lugd. Bat. 1618. 4°.

A. H. de *Sallengre*, Nouus Thesaurus antiquitatum Romanar. Venet. 1735. Fol.

Sambuc. = J. Sambuci in comm. J. Caesaris lectiones et spicilegia quaedam (petit. ex Jungerm. edit.).

Scal. = C. Iulii Caesaris quae extant. Ex emendatione Ios. Scaligeri. (Vsus sum plerumque editione Elzeviriana, quae prodiit Amstelod. 1661, aliquamdiu edit. Elzevir. anni 1635; ubi uisum est, inspexi edit. Janssonianam, Amsterodami 1628.)

OSchambach (*Reit.*) = Schambach, Die Reiterei bei Caesar. GP. Mühlhausen in Thüringen 1881.

Jo. Scheffer, De militia nauali ueterum libri IV. Ubsaliae 1654. 4°.

Schelius (*ad Hygin.*) = Hygini Gromatici . . . quae exstant c. not. R. H. S. (= Ratboldi Hermanni Schelii.) Amstelod. 1660. 4°.

Schleussinger (*Rheinbr.*) = August Schleussinger, Studie zu Caesars Rheinbrücke. München 1884. (Separat-Abdruck aus d. Blättern f. d. bayer. Gymnasialschulwesen.)

Schn. = Commentarii de bellis C. Iulii Caesaris. Recens. et illustr. Car. Ern. Christ. Schneider. Pars I. Halis 1840. Pars II. Halis 1849—1855.

HSchn. = Henricus Schneider, Loci Caesaris de Bello Ciuili commentariorum nonnulli explicati et emendati. Dissert. inaug. Vratislauiae 1859.

RSchn. (*JB.*) = Rudolf Schneider, Jahresberichte des philol. Vereins zu Berlin (ZG. 1885—1891); — *RSchn.* (*Ilerda*) = Rud. Schneider, Ilerda. Ein Beitrag zur römischen Kriegsgeschichte. Berlin 1886.

Schnell = J. R. Schnell, Specimen obseruationum in Caesaris comment. Basileae 1789. 4°.

Schweiz. Anz. = Anzeiger für schweizer. Geschichte und Altertumskunde.

Seebode's Archiv = Archiv für Philologie und Pädagogik. Leipz., Teubner 1832—53.

St. = C. Iulii Caesaris rerum ab se gestarum commentarii. Lutetiae. Ex officina Rob. Stephani. 1544.

Achillis Statii coniecturae proferuntur a Ciacc. et Hotm. et Dav.

Steuchus Eugubinus commemoratur ab Hotmano.

Stoephasius = Caesaris comm. ed. Joa. Chr. Stoephasius Magdeburg. (1815.) 1819. (Quae commemorantur, hausta sunt ex Daehnii edit.)

Stoffel = Stoffel, Histoire de Jules César. Guerre civile. 2 Vol. Paris 1887.

Wiener Studien, Zeitschrift für classische Philologie. Wien 1879—91.

Taylor, Lectiones Lysiacae in: Lysias ed. Taylor. Londini 1739 (et Oratores Graeci ed. Reiske VI p. 219 sqq. Lips. 1772).

Terpstra = D. Terpstra, Obseruationes Criticae in Caesaris Commentarium de Bello Ciuili. (Miscellanea philologa. Ediderunt gymnasiorum Batauorum doctores societate coniuncti. Ultraiecti 1854. p. 36—75.)

Thomann = Konr. Thomann, Der französische Atlas zu Cäsars gallischem Kriege. Progr. der Kantonsschule in Zürich; *Thomann* (*I*) = Zürich 1868; *II* = 1871; *III* = 1874.

Hubertus *Thomas* Leodius, De Tungris et Eburonibus. Argentorati 1541.

Tidskr. = Tidskrift for Philologi og Pädagogik. 1—10. Kjöbenhavn 1860—73.

Rob. Titius (*Controuers.*) = Robert. Titius, Locorum controuersorum libri X. Florent. 1584. 4°.

Turneb. (*Aduers.*) = Adriani Turnebi aduersariorum tomi III. Argentinae 1599. Fol.

Ukert (*Geogr.*) = Fr. Aug. Ukert, Geographie der Griechen und Römer. Weimar 1816—46.

Urs. uel *Ursin.* = Fuluii Ursini (Romani) notae in Caesaris comment. (haustae ex Jungermanni editione.)

Valesius = Hadriani Valesii Notitia Galliarum. Paris. 1675. Fol.

Vasc. = C. Iulii Caesaris rerum ab se gestarum commentarii. Parisiis. Ex officina Michaëlis Vascosani 1543; — *mg. Vasc.* = margo editionis Vascos.

uett. edd. u. *edd.*

P Vict. uel *Victor.* = Petri Victorii Variarum et antiquarum lectionum libri XXXVIII. Argent. 1609.

Vielh. (*Beitr.*) = Leop. Vielhaber, Beiträge zur Kritik des Cäsarianischen bellum ciuile etc. Progr. d. Theres. Akad. Wien 1864; — *Vielh.* (*Spec. emend.*) = L. Vielhaber, Specimen emendationum (der 18. Philologen-Versammlung gewidmet). Wien 1858. (Hunc libellum inspicere non potui.)

Voss. = Dionysii Vossii animaduersiones in Caesaris comment. (Eas hausi ex Oudendorpii edit., non numquam Davisii et Graevii edit. inspexi.)

Walther = C. Iulii Caesaris de bello Gallico comment. Recens. H. Walther. Paderbornae et Monasterii 1887; — *Walther* (*Pr.*) = H. Walther, De Caesaris codicibus interpolatis. Pr. Grünberg i. Schl. 1885.

Wasse = Sallust. recens. Jos. Wasse. Cantabrig. 1710.

W Corr. u. *Corr.*

A Weidner (*Pr. Fr WG.*) = A Weidner, Criticarum scriptionum specimen. Pr. Köln, Friedr.-Wilh.-Gymn. 1864.

Whitte = Gaji Julii Caesaris de bello Gallico comm. Recens. Ioannes Kofod Whitte. Havniae 1844 p. III—XXXI; — *Whitte*³ = ed. tertia. Hauniae 1877.

Wiener Studien u. *Studien.*

WklPh. = Wochenschrift für klassische Philologie. Jahrg. 1—8. Berlin 1884—91.

Wölff. = Henricus Wölffel, Emendationes ad Caesaris libros de bello ciuili. Norimbergae. (GP. Nürnberg.) *I* = 1865; *II* = 1866.

Th Wopkens (*Lect. Tull.*) = Thomae Wopkens Lectionum Tullianarum libri III. Iterum edid. F. Handius. Jenae 1829.

Wsbg = Alb. Sadolinus Wesenberg, Emendat. Ciceronis epistolarum. Dissert. inaug. Hauniae 1840.

Zander (*V. VI.*) = C. L. E. Zander, Andeutungen zur Geschichte des Römischen Kriegswesens. Fünfte (sechste) Fortsetzung. Pr. Ratzeburg 1859. 1864.

ZAW. = Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft. 1834 Giessen; 1835—42 Darmstadt; 1843 Marburg; 1844—54 Cassel.

ZG. = Zeitschrift für das Gymnasialwesen. Jahrg. 1—45. Berlin, Weidmann 1847—91.

Histor. Ztschr. = Historische Zeitschrift. Hggb. v. H. v. Sybel. München (und Leipzig) 1859—91.

Reliqua suo loco accuratius indicantur.

Codicum notae.

A	=	Bongarsianus I. s. Amstelodam.
Ashb.	=	Ashburnhamensis
B	=	Parisinus I.
C	=	Vossianus I.
D	=	Egmondanus
E	=	Vratislauiensis I.
H	=	Gottorpiensis s. Hauniensis II.
M	=	Vaticanus 3864
N	=	Petauianus
O	=	Dresdensis I.
Q	=	Moysiacensis
X	=	*AQBMah* } in B. Gall.
α	=	*AQBM* } in B. Gall.
β	=	*ah(fl)* } in B. Gall.
a	=	Parisinus II. s. Thuaneus
b	=	Leidensis I.
c	=	Scaligeranus
d	=	Cuiacianus
e	=	Hauniensis I.
f	=	Vindobonensis I.
h	=	Vrsinianus
i	=	Andinus
k	=	Oxoniensis
l	=	Riccardianus s. Florentinus
z	=	archetypus codicum *afhl* (in B. Ciuili)
rec.	=	cod. quidam recens
recc.	=	codices non nulli recentes

I

Iaceo: ut, cum primi eorum (hostium) cecidissent, proximi iacentibus insisterent atque ex eorum corporibus pugnarent: II 27, 3; exanimatus . . . concidit. hunc ex proximis unus iacentem transgressus eodem illo munere fungebatur: VII 25, 3.

lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret uis, . . . neue ⟨*c*⟩ hac despectus parte iaceres! *ap. Suet. uit. Terent.* 5.

Iacetani: Oscenses . . . sese . . imperata facturos pollicentur. hos Tarraconenses et Iacetani et Ausetani et . . . Illurgauonenses, qui flumen Hiberum attingunt, insequuntur ⟨*an* sequuntur?⟩: 1, 60, 2; *cf.* § 3.

iacio. A. = *βάλλειν*: quae tamen (naues) ancoris iactis cum fluctibus complerentur: IV 28, 3; ¶ (Aduatuci) armorum magna multitudine de muro in fossam . . . iacta . . . pace sunt usi: II 32, 4; ¶ alii faces atque aridam materiem ⟨materiam β⟩ de muro in aggerem eminus iaciebant: VII 24, 4; ¶ septimo oppugnationis die maximo coorto uento feruentes fusiles ⟨*c*⟩ ex argilla glandes fundis ⟨*om.* β⟩ et feruefacta iacula ⟨iac. feru. β⟩ in casas . . . iacere coeperunt (Neruii): V 43, 1; ¶ antecedebat testudo . . . conuoluta ⟨*c*⟩ omnibus rebus, quibus ignis iactus et lapides ⟨lapidis *Ciacc.*⟩ defendi possent ⟨posset *Ciacc.*⟩: 2, 2, 4; ut ab igni, qui ex muro iaceretur, (musculus) tutus esset: 2, 10, 5; ¶ ubi circumiecta multitudine hominum . . . undique in murum lapides iaci coepti sunt: II 6, 2; 2, 2, 4 *u.* ignis; ¶ materiem: VII 24, 4 *u.* faces; ¶ multitudinem: II 32, 4 *u.* arma; ¶ ex hoc (genere radicis) effectos panes, cum in conloquiis Pompeiani famem nostris obiectarent, uulgo in eos iaciebant: 3, 48, 2; ¶ qui ex ⟨*om.* β⟩ uallo turribusque tela iacerent: II 33, 4; quod ex totis ripis in unum atque angustum locum tela iaciebantur: 1, 50, 2; milites in exteriorem ⟨*c*⟩ uallum tela iaciebant: 3, 63, 6; persuasi equitibus nostris, . . . ut . . . prius perturbatum exercitum pellerent quam a nobis telum in hostem iaceretur: 3, 86, 3.

B. = *χοῦν*: celeriter uineis ad oppidum actis, aggere iacto turribusque constitutis . . . legatos . . . mittunt: II 12, 5; 1, 25, 5 *u.* moles; ¶ moles atque aggerem ab utraque parte litoris iaciebat: 1, 25, 5; haec insula . . . a superioribus regibus ⟨*c*⟩ in longitudinem passuum DCCCC in mare iactis molibus angusto itinere *ut ponte cum oppido coniungitur: 3, 112, 2; ab utroque portus cornu moles ⟨-is *Bait.*⟩ iacimus: *ap. Cic. ad Att.* IX 14, 1.

iacto. A. **propr.; a) = iacere:** matres familiae de muro uestem argentumque iactabant: VII 47, 5.

b) = agitare: multi ut diu iactato bracchio praeoptarent scutum ⟨*c*⟩ manu emittere: I 25, 4.

B. trsl.; a) = agitare (uerbis, sermonibus): quod pluribus praesentibus eas res iactari nolebat: I 18, 1.

b) = ostentare: cum Lentulus aetatis honorem ostentaret, Domitius urbanam gratiam dignitatemque iactaret ⟨proferret *f*⟩: 3, 83, 1.

iactura. A. **= damnum:** si nullam praeterquam uitae nostrae iacturam fieri uiderem: VII 77, 6; in quo iacturam dignitatis atque honoris ipse facturus esset: 1, 32, 4; — tamen hanc iacturam honoris sui rei publicae causa aequo animo (se) tulisse: 1, 9, 3; ¶ qua rei familiaris iactura perpetuum imperium libertatemque se ⟨*c*⟩ consequi uideant: VII 64, 3; — id silentio noctis conati non magna iactura suorum sese ⟨*c*⟩ effecturos sperabant ⟨*c*⟩: VII 26, 2.

B. = dona, sumptus: magnis enim iacturis sibi quisque eorum animos conciliabat: 3, 112, 10; — Germanos atque Ariouistum sibi adiunxerant eosque ad se magnis iacturis pollicitationibusque perduxerant: VI 12, 2.

(iactus, us: antecedebat testudo . . . conuoluta ⟨*c*⟩ omnibus rebus, quibus ignis iactus et lapides ⟨lapidis *Ciacc.*⟩ defendi pos-

sent ⟨possit(?) *Ciacc.*⟩: 2,2,4; ¶ ut essent ab ictu ⟨iactu *Cobet*⟩ telorum remiges tuti: 2,4,2.)

iaculum: feruentes . . . glandes fundis et feruefacta iacula ⟨iac. ferue f. β⟩ in casas . . . iacere coeperunt: V 43,1; ¶ has (litteras) ille in ⟨*om.* β⟩ iaculo ⟨sagulo *Kraner*⟩ inligatas effert ⟨*c*⟩: V 45,4.

iam. I. ad tempus pertinet; 1. non addit. negatione; A. = ἤδη; **a) c. uerbis; α) non sequitur cum in apodosi; αα) indicat. a) praes.:** frustra, inquit, meae uitae subuenire conamini, quem iam sanguis uiresque deficiunt ⟨deficiant *Fr.*⟩: VII 50,6.

b) perf.: 3,83,1 *u.* **b).**

c) impf.: iam Caesar a ⟨*c*⟩ Gergouia discessisse audiebatur, iam de Haeduorum defectione . . . rumores adferebantur Gallique . . . Caesarem . . . in prouinciam contendisse confirmabant. Bellouaci autem . . . coeperunt. tum ⟨cum *a*⟩ Labienus . . . intellegebat: VII 59,1; itaque de deditione omnes ⟨in *add.* *z*; iam *Voss.*, *Dt.*; *om.* *O*⟩ palam loquebantur et cum P. Attio agebant, ne . . . perturbari uellet. haec cum agerentur . . .: 2,36,2; nuntiabantur haec eadem Curioni . . .; iamque Caesaris in Hispania res secundae in Africam nuntiis ac ⟨*c*⟩ litteris perferebantur. quibus omnibus rebus . . .: 2,37,2; iamque frumenta maturescere incipiebant, atque ipsa spes inopiam sustentabat . . .; crebraeque uoces militum . . . audiebantur: 3,49,1; iamque Pompeiani magna caede nostrorum castris Marcellini adpropinquabant . . . et ⟨cum *Kellerbauer*⟩ M. Antonius . . . cum cohortibus XII descendens ex loco superiore cernebatur. cuius aduentus . . .: 3,65,1. 2; spes uictoriae augetur, adeo ut . . . dicerent. iamque inter se palam de praemiis ⟨*CC*⟩ ac de ⟨*c*⟩ sacerdotiis contendebant in annosque consulatum definiebant, alii . . . petebant; magna . . . fuit controuersia: 3,82,4; magna . . . laetitia omnium discessum est; ac iam ⟨ac etiam *l*[1]⟩ animo uictoriam praecipiebant, quod . . . uidebatur: 3,87,7; etsi totius diei continenti labore erant confecti (milites) noxque iam suberat, tamen munitione flumen a monte seclusit: 3,97,4; iamque de Caesaris aduentu fama ad ciuitates perferebatur. quibus cognitis rebus Pompeius . . . peruenit: 3,102,8.

d) ppf.: cum . . . id frater, qui iam proelio excesserat, procul animaduertisset: IV 12,6; eo cum uenisset, maiores iam ⟨*om.* β⟩ undique in eum locum copiae Britannorum conuenerant: V 11,8; copias cogere . . . coepit. ac tantam sibi iam his rebus in Gallia ⟨*c*⟩ auctoritatem comparauerat, ut: V 55,4; constabat inter omnes, quod iam ipse Caesar per exploratores cognouerat, . . .: VII 44,3; Caesar continuato diem noctemque opere . . . huc iam *deduxerat rem, ut: 1,62,1; tertio die magna iam pars operis Caesaris ⟨*CC*⟩ processerat. illi . . . educunt: 1,82,1; cuius (salis) magna uis iam ex proximis erat salinis eo congesta: 2,37,5; sed eo fama iam praecurrerat ⟨*c*⟩, quam supra docuimus . . . . itaque: 3,80,2; iam de sacerdotio Caesaris Domitius, Scipio Spintherque ⟨*c*⟩ Lentulus cotidianis contentionibus ad grauissimas uerborum contumelias palam descenderunt ⟨-erant *Voss. recte, ni fallor*⟩: 3,83,1; haec constabant ex Gabinianis militibus, qui iam in consuetudinem Alexandrinae uitae ac licentiae uenerant et . . . dedidicerant ⟨*c*⟩ uxoresque duxerant: 3,110,2.

e) impf. et ppf.: Heluetii iam per angustias . . . suas copias traduxerant et in Haeduorum fines peruenerant eorumque agros populabantur. Haedui . . .: I 11,1; his tamen omnibus **rebus* annona creuit; iamque ad denarios ⟨*c*⟩ L in singulos modios annona peruenerat et militum uires inopia frumenti deminuerat atque incommoda in dies augebantur: 1,52,2.

f) impf. et pf. (praes.?): iamque hiems adpropinquabat et tantis detrimentis acceptis ⟨*c*⟩ Octauius . . . Dyrrachium sese ad Pompeium recepit ⟨*Ol; edd.;* recipit *afh*⟩: 3,9,8.

ββ) coni.; a) praes.: (VII 50,6 *u.* **αα) a).)**

b) impf.: Sabinus . . . castris sese ⟨*c*⟩ tenebat . . ., ut iam non solum hostibus in contemptionem Sabinus ueniret, sed etiam nostrorum militum uocibus non nihil carperetur: III 17,5; — quo in consilio ⟨*c*⟩, cum tantum repentini periculi . . . accidisset ac iam omnia fere superiora loca multitudine armatorum completa conspicerentur neque . . . possent, prope iam desperata salute . . . sententiae dicebantur, ut: III 3,2; magno spatio . . . confecto, cum iam pecus atque extrema impedimenta ab nostris tenerentur, ipsi densiores siluas peterent, eius modi sunt tempestates ⟨*c*⟩ consecutae, uti: III 29,2; iis aliquantum itineris progressis, cum iam extremi essent in prospectu, equites a Q. Atrio . . . uenerunt: V 10,2; his rebus . . . Caesari nuntiatis, cum iam ille urbanas res . . . commodiorem in statum peruenisse intellegeret, . . . profectus est: VII 6,1; his quam longissime possent progredi ⟨*c*⟩ iussis, cum iam ex diei ⟨*c*⟩ tempore coniecturam caperet ⟨β; *Schn.;* ceperat *BM; edd.;* coeperit *A;* ceperit *Q*⟩ in castra peruentum, . . . pontem reficere coepit: VII 35,4; cum iam me-

ridies ⟨*c*⟩ adpropinquare uideretur, ad ea castra . . . contendit: VII 83, 8; una (nauis) praemissa Massiliam huius nuntii perferendi gratia cum iam adpropinquaret urbi, omnis sese multitudo effudit ⟨*c*⟩: 2, 7, 3; proinde sibi ac rei publicae parcerent, quom ⟨*Np.; cum Db., Dt.; om. codd.*⟩ quantum in bello fortuna posset iam ipsi incommodis suis satis essent documento: 3, 10, 6; cum graui uulnere esset adfectus aquilifer et a ⟨iam *Vielh.; Dt.; om. N*⟩ uiribus deficeretur, . . . inquit: 3, 64, 3; tunc Caesar apud suos, cum iam esset agmen in portis, differendum est, inquit, iter: 3, 85, 4; — Pompeius, iam cum intra uallum nostri uersarentur, . . . se ex castris eiecit: 3, 96, 3.

c) ppf.: cognita Gallorum infirmitate quantum iam apud eos hostes uno proelio auctoritatis essent consecuti sentiebat: IV 13, 3; cum iam muro turres adpropinquassent ⟨turris -asset β⟩, ex captiuis Caesar cognouit: VII 18, 1; et cum iam nostris ⟨*c*⟩ remissiore uento adpropinquasset ⟨*c*⟩, idem auster increbuit ⟨*c*⟩: 3, 26, 2.

b) impf. et ppf.: cum iam amplius horis sex ⟨*c*⟩ continenter pugnaretur ac non solum uires, sed etiam tela nostros ⟨*c*⟩ deficerent atque hostes acrius instarent languidioribusque nostris . . . fossas complere coepissent resque esset iam ad extremum perducta ⟨deducta *Ciacc.*⟩ casum, . . . adcurrunt: III 5, 1.

γγ) inf.; a) pr.: ubi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia . . . incendunt: I 5, 2; frumentum Sequanos, Leucos, Lingones sumministrare, iamque esse in agris frumenta matura: I 40, 11; VII 83, 8 *u.* ββ) **b)**; ubi paulatim retorqueri agmen . . . conspexerunt iamque primos superare regionem castrorum animum aduerterunt, nemo erat adeo tardus . . ., quin: 1, 69, 3; omnesque se iam ⟨iam se *Ohl*⟩ ab equitatu circumueniri arbitrabantur: 2, 34, 6; tantus fuit omnium terror, ut alii adesse copias Iubae dicerent, alii cum legionibus instare Varum iamque se puluerem uenientium cernere: 2, 43, 2.

interficio. A. obiect. est appellat.: exercitum . . . reducit suis omnibus . . . incolumibus, ex numero aduersariorum circiter DC interfectis ac mille ⟨*c*⟩ uulneratis: 2, 35, 6; ¶ (auum: I 12, 7 *u.* **B. b)** Cassium;) ¶ Labienus ⟨*c*⟩ . . . (captiuos) omnes productos ⟨*c*⟩ . . . commilitones appellans . . . in omnium conspectu interfecit: 3, 71, 4; ¶ centuriones *u.* **centurio** *p. 512 (3 (4) loc.)*; ¶ Carnutes . . . Cenabum concurrunt ciuesque Romanos, qui negotiandi causa ibi constiterant, in his C. Fufium Citam, honestum equitem Rom., . . . interficiunt bonaque eorum diripiunt: VII 3, 1; ipsos (ciues Rom.) crudeliter excruciatos (Litauiccus) interficit ⟨intercipit β⟩: VII 38, 9; mouebatur etiam misericordia ciuium, quos interficiendos uidebat: 1, 72, 3; ¶ unamque cohortem . . . seclusam ab reliquis circumueniunt atque interficiunt incolumesque . . . reuertuntur: 1, 55, 3; ¶ (consulem: I 12, 5 *u.* **B. b)** Cassium;) ¶ itaque interfectis Nouioduni custodibus quique eo negotiandi ⟨aut itineris *add.* β; *Schn.*⟩ causa conuenerant pecuniam . . . inter se partiti sunt: VII 55, 5; ¶ eodemque igne nautas dominosque nauium interfecit ⟨-ficit *O*⟩: 3, 8, 3; ¶ (duumuirum: VII 65, 2 *u.* **B. b)** Domnotaurum;) ¶ non nullis eorum (equitum) interfectis (milites) incolumes se ad nostros receperunt: 3, 28, 6; *u. praeterea* **eques** *p. 1028 (3 loc.)*; VII 3, 1 *u.* ciues; ¶ (filium: VII 65, 2 *u.* **B. b)** Domnotaurum;) hi . . . Bibuli filios duos interfecerant: 3, 110, 6; ¶ frater (Pisonis) . . . incitato equo se hostibus obtulit atque interfectus est ⟨est interfectus β⟩: IV 12, 6; ego fratribus atque omnibus meis propinquis interfectis dolore prohibeor . . . pronuntiare: VII 38, 3; ¶ quibus submotis omnes sagittarii funditoresque destituti inermes sine praesidio interfecti sunt: 3, 93, 5; ¶ homines: III 6, 2 *u.* partem; (VI 34, 5 *u.* stirpem;) VII 77, 8 *u.* milia; illi (equites), ut erat imperatum, circumsistunt hominem (*i. e.* Dumnorigem) atque interficiunt: V 7, 9; eos (duces) . . . homines imperitos et per conloquium deceptos crudelissime interfecisse: 1, 85, 3; ¶ hostes *u.* **hostis** *p. 1531 (5 (13) loc.)*; ¶ (imperatorem: 3, 31, 3 *u.* **B. b)** Crassum;) ¶ inopia pabuli adducti . . . omnia sarcinaria iumenta interfici iubent: 1, 81, 6; ¶ proinde . . . persequamur eorum mortem, qui indignissime interierunt atque hos latrones interficiamus: VII 38, 8; ¶ legatum: (I 12, 7 *u.* **B. b)** Cassium; III 20, 1 *ib.* Valerium;) interfectos esse legatos duos ⟨*c*⟩ magnamque partem exercitus interisse demonstrat: V 38, 3; ¶ nihil esse negotii subito oppressam legionem, quae cum Cicerone hiemet, interfici: V 38, 4; ¶ milia: III 6, 2 *u.* partem; Caesar . . . circiter tribus milibus hostium ⟨*om.* β⟩ ex nouissimo agmine interfectis . . . castra fecit: VII 68, 2; quid hominum ⟨*c*⟩ milibus LXXX ⟨*c*⟩ uno loco interfectis propinquis consanguineisque nostris animi fore existimatis: VII 77, 8; ¶ milites: (V 37, 4 *u.* **B. b)** Cottam;) (ut non nulli milites . . . repentino equitum aduentu interciperentur ⟨interficerentur β⟩: V 39, 2;) ex Afranianis interficiuntur T. Caecilius, primi pili centurio, et praeter eum centuriones IIII, milites amplius CC: 1, 46, 5; 75, 2 *u.* **C. c)**; edicunt, penes quem quisque sit

Caesaris miles, ut producat ⟨*c*⟩; productos palam in praetorio interficiunt: 1, 76, 4; compluresque milites, etiam non nulli centuriones, interficiuntur: 1, 80, 5; milites ad unum omnes interficiuntur: 2, 42, 5; 44, 2 *u.* partem; crebrae . . . ex concursu multitudinis concitationes fiebant compluresque milites huius ⟨*CC*⟩ urbis omnibus partibus interficiebantur: 3, 106, 5; ¶ ita sine ullo periculo tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt, quantum fuit diei spatium: II 11, 6; ¶ nautas: 3, 8, 3 *u.* dominos; ¶ omni nobilitate Haeduorum interfecta tantum potentia antecesserant, ut: VI 12, 3; ¶ quorum (hostium) magno numero interfecto Crassus . . . oppidum Sotiatium ⟨*c*⟩ oppugnare coepit: III 21, 2; reliqua fuga desperata magno numero interfecto reliqui se in flumen praecipitauerunt: IV 15, 2; magnoque ⟨*c*⟩ eorum (hostium) numero ⟨*c*⟩ interfecto neque sui colligendi neque consistendi . . . facultatem (nostri) dederunt: V 17, 4; quos Labienus equitatu consectatus magno numero interfecto, compluribus captis . . . ciuitatem recepit ⟨*c*⟩: VI 8, 7; magnus (hostium) numerus capitur atque interficitur: VII 88, 7; (nostri) magno numero Albicorum et pastorum interfecto partem nauium deprimunt: 1, 58, 4; (equites) tota auxilia regis . . . in fugam [se] coiciunt equitatuque omni fere incolumi . . . magnum peditum numerum interficiunt: 2, 26, 4; hos (Numidas) . . . adorti magnum eorum numerum interficiunt (equites): 2, 38, 5; (ciues Romani) eos castris expulerunt et magno numero interfecto reliquos . . . in naues confugere coegerunt: 3, 9, 7; — ut . . . maximus numerus hostium uulneraretur atque interficeretur: V 43, 5; ¶ transire conantes (Atrebates) insecuti gladiis magnam partem eorum impeditam interfecerunt (milites): II 23, 1; ex hominum milibus amplius triginta . . . plus tertia parte interfecta reliquos perterritos in fugam coiciunt: III 6, 2; V 37, 4 *u.* **B. b)** Cottam; magna parte exercitus nostri interfecta multo minorem superesse . . partem: V 55, 1; parsque (hostium) ibi . . . a militibus, pars iam egressa portis ab equitibus est interfecta: VII 28, 3; quarum cohortium milites . . . Iuba conspicatus . . . magnam partem eorum interfici iussit: 2, 44, 2; ita ut . . . interirent et ex magno remigum propugnatorumque numero pars ad scopulos adlisa interficeretur, pars ab nostris detraheretur ⟨*c*⟩: 3, 27, 2; ¶ pastores: 1, 58, 4 *u.* numerum; ¶ cuius pater . . . regnum obtinuerat ⟨*c*⟩ interfectusque erat a Cassiuellauno: V 20, 1; cuius pater . . . ob eam causam, quod regnum adpetebat, a ⟨*c*⟩ ciuitate erat interfectus ⟨interdictus *hik*⟩: VII 4, 1; ¶ (omnia aedificia . . . incendebantur, ⟨pecora interficiebantur *add.* β⟩, praeda ex omnibus locis agebatur: VI 43, 2;) ¶ pedites: 2, 26, 4 *u.* numerum; ¶ praefectum: 3, 60, 4 *u.* **B. b)** Volusenum; ¶ ut quos (principes?) in conspectu Galliae interficere uereretur, hos omnes in Britanniam traductos necaret: V 6, 5; principes ciuitatis, Eporedorix et Viridomarus, insimulati proditionis ab Romanis indicta causa interfecti sunt: VII 38, 2; 65, 2 *u.* **B. b)** Domnotaurum; ¶ propinquos: VII 38, 3 *u.* fratres; ¶ propugnatores, remiges: 3, 27, 2 *u.* partem; ¶ quibus in fugam coniectis sagittarii circumuenti interfectique sunt: VII 80, 7; 3, 93, 5 *u.* funditores; ¶ Aulerci Lexouiique senatu suo interfecto, quod auctores belli esse nolebant, portas clauserunt: III 17, 3; ¶ qui (Bibulus) de seruis liberisque omnibus ad impuberes supplicium sumit et ad unum ⟨omnes *add. b*⟩ interficit: 3, 14, 3; ¶ ubi suos urgeri . . . uidit . . ., quartae cohortis omnibus centurionibus occisis signiferoque ⟨*c*⟩ interfecto . . .: II 25, 1; ¶ si negotium confici stirpemque hominum sceleratorum interfici uellet ⟨*c*⟩: VI 34, 5; ¶ qui (tirones) omnes ad eum perducti ⟨*c*⟩ contra religionem iuris iurandi in eius conspectu ⟨*c*⟩ crudelissime interficiuntur: 3, 28, 4; ¶ (tribunum: V 15, 5 *u.* **B. b)** Laberium;) ¶ hos (uros) studiose foueis captos interficiunt: VI 28, 2; qui plurimos ex his (uris) interfecerunt ⟨interfecerint *Oa²f; Aim.*⟩, . . . magnam ferunt laudem: VI 28, 3; ¶ de uxoribus . . . quaestionem habent et, si compertum est, igni ⟨*c*⟩ atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt: VI 19, 3.

B. obi. est nomen proprium; a) ciuitatis: Albicos: 1, 58, 4 *u.* **A.** numerum; ¶ atque unum ⟨*b;* uncum *ahl;* unicum *O;* egum *uel* aegum *Nf*⟩ Allobrogem ex duobus, quos perfugisse ad Pompeium supra docuimus, cum quibusdam interfecit: 3, 84, 5; ¶ Atrebates: II 23, 1 *u.* **A.** partem; ¶ Gallos: VII 70, 7 *u.* **C. a)** multos; ¶ Massilienses: 2, 14, 6 *ib.;* ¶ his (Menapiis) interfectis nauibusque eorum occupatis . . . flumen transierunt (Vsipetes et Tencteri): IV 4, 7; ¶ neque uero primum impetum nostrorum Numidae ferre potuerunt, sed interfectis circiter CXX reliqui se in castra . . . receperunt: 2, 25, 5; 38, 5 *u.* **A.** numerum; ¶ neque interesse, ipsosne (Romanos) interficiant impedimentisne exuant: VII 14, 8.

b) singulorum hominum: Caecilium: 1,

46, 5 *u.* **A.** milites; ¶ quod si eum (Caesarem) interfecerit, multis sese nobilibus . . . gratum esse facturum: I 44, 12; ¶ hic pagus . . . L. Cassium consulem interfecerat et eius exercitum sub iugum miserat: I 12, 5; quod eius soceri L. Pisonis auum, L. Pisonem legatum, Tigurini eodem proelio quo Cassium interfecerant: I 12, 7; ¶ Senones . . . Cauarinum . . . interficere publico consilio conati . . . expulerunt: V 54, 2; ¶ qui (Milo) Clodio interfecto eo ⟨*c*⟩ nomine erat damnatus: 3, 21, 4; ¶ (Coelius) ab his (equitibus) est interfectus: 3, 22, 3; ¶ ibi L. Cotta pugnans interficitur cum maxima parte militum: V 37, 4; ¶ qui (Parthi) paulo ante M. Crassum imperatorem interfecerant: 3, 31, 3; ¶ centuriones . . . circiter XXX amisit. interfectus est etiam fortissime pugnans Crastinus . . . gladio in os aduersum coniecto: 3, 99, 1; ¶ Curio numquam se . . . in eius conspectum reuersurum confirmat atque ita proelians interficitur: 2, 42, 4; ¶ L. Domitius ex castris in montem refugiens . . . ab equitibus est interfectus: 3, 99, 4; ¶ C. Valerio Domnotauro ⟨*c*⟩, Caburi filio ⟨duumuiro (*om.* cab. fil.) β⟩, principe ciuitatis, compluribusque aliis interfectis intra oppida . . . compelluntur: VII 65, 2; ¶ si uim faciat (Dumnorix) neque pareat, interfici iubet: V 7, 7; 7, 9 *u.* **A.** hominem; ¶ Eporedorigem et Viridomarum: VII 38, 2 *u.* **A.** principes; Eporedorigem et Viridomarum, quos illi interfectos existimabant, inter equites uersari . . . iubet: VII 40, 5; ¶ eodem tempore L. Fabius ⟨sabinus *AQ*⟩ centurio quique una murum ascenderant circumuenti atque interfecti de ⟨*c*⟩ muro praecipitabantur ⟨*c*⟩: VII 50, 3; — Fabius a proximis militibus circumuentus interficitur ⟨interf. circ. *a?*⟩: 2, 35, 2; ¶ C. Fufius Cita: VII 3, 1 *u.* **A.** ciues; ¶ praecipit . . ., omnes petant ⟨*c*⟩ Indutiomarum ⟨*c*⟩ neu quis ⟨*c*⟩ quem prius uulneret quam illum interfectum uiderit ⟨*c*⟩: V 58, 4; in ipso fluminis uado deprehensus Indutiomarus interficitur caputque eius refertur in castra: V 58, 6; interfecto Indutiomaro . . . ad eius propinquos . . . imperium defertur: VI 2, 1; ¶ eo die Q. Laberius ⟨*c*⟩ Durus, tribunus militum, interficitur: V 15, 5; ¶ Q. Lucanius, eiusdem ordinis, fortissime pugnans, dum circumuento filio subuenit, interficitur: V 35, 7; ¶ Pisonem: I 12, 7 *u.* Cassium; interficiuntur LXXIIII, in his uir fortissimus Piso Aquitanus: IV 12, 4; ¶ Achillam . . . et L. Septimium . . . ad interficiendum Pompeium miserunt: 3, 104, 2; ibi ab Achilla et Septimio interficitur: 3, 104, 3; ¶ Pothinus ⟨*c*⟩ . . . indicatis deprehensisque internuntiis a Caesare est interfectus: 3, 112, 11; ¶ (Sabinus) interim, dum de condicionibus . . . agunt . . ., paulatim circumuentus interficitur: V 37, 2; ¶ tertium iam hunc (Tasgetium) annum regnantem inimici ⟨*c*⟩ palam ⟨*c*⟩ multis ex ciuitate auctoribus ⟨eum *add.* α⟩ interfecerunt: V 25, 3; quorumque opera cognouerit ⟨*c*⟩ Tasgetium interfectum, hos comprehensos ad se mittere (iubet): V 25, 4; neque aliter Carnutes interficiundi Tasgetii consilium fuisse capturos: V 29, 2; ¶ ubi paucis ante annis L. Valerius Praeconinus legatus exercitu pulso interfectus esset: III 20, 1; VII 65, 2 *u.* Domnotaurum; ¶ paulumque afuit, quin Varum (Fabius) interficeret: 2, 35, 2; ¶ Viridomarum *u.* Eporedorigem; ¶ primum conati sunt (Raucillus et Egus) praefectum equitum C. Volusenum interficere: 3, 60, 4; ¶¶ quos (Dioscoriden et Serapionem) ille (Achillas), cum in conspectum eius uenissent, . . . corripi atque interfici iussit; quorum alter accepto uulnere occupatus ⟨*CC*⟩ per suos pro occiso sublatus, alter ⟨acc. uuln. occ. p. s. p. o. subl., alter *om. af*⟩ interfectus est: 3, 109, 5.

C. **obi. sunt pronom., adiect., sim.; a):** alios: VII 65, 2 *u.* **B. b)** Domnotaurum; ¶ alterum: 3, 109, 5 *u.* **B. b)** *extr.;* ¶ omnesque (caetrati) ab eis circumuenti in conspectu utriusque exercitus interficiuntur (ab equitatu): 1, 70, 5; ¶ complures *u.* **complures** *p. 623 sq.* **b)** *(8 loc.);* ¶ multo illa grauius aestimari debere ⟨*c*⟩, liberos, coniuges in seruitutem abstrahi, ipsos interfici: VII 14, 10; ¶ liberos: 3, 14, 3 *u.* **A.** seruos; ¶ magnus ibi numerus pecoris repertus, multique in fuga sunt comprehensi atque interfecti: V 21, 6; nostri eruptione facta multis eorum interfectis . . . suos incolumes reduxerunt: V 22, 2; multis utrimque interfectis maiorem multitudinem ad arma ⟨*c*⟩ concitant (Haedui): VII 42, 6; multis interfectis, compluribus equis captis Germani sese recipiunt: VII 70, 7; itaque multis interfectis reliquos infecta re in oppidum (nostri) reppulerunt: 2, 14, 6; ¶ nostri . . . non nullos ibi repugnantes interfecerunt: 3, 67, 6; ¶ an dubitamus, quin . . . Romani iam ad nos interficiendos concurrant? VII 38, 8; ¶ nostri . . . partim fugientes ab equitatu interficiuntur, partim integri procumbunt: 2, 42, 2; ¶ reliquos omnes equitatu consecuti ⟨consecuti equites β⟩ nostri interfecerunt: I 53, 3; ne eo quidem tempore quisquam

loco cessit, sed circumuenti omnes interfectique sunt: VII 62, 7; ne grauius permoti milites . . . diutino labore omnes puberes interficerent: 2, 13, 3; (3, 14, 3 *u.* **A.** seruos; 28, 4 *ib.* tirones) reliquos omnes earum turmarum aut interfecerunt aut captos ad Domitium deduxerunt ⟨*u. CC*⟩: 3, 38, 4; ¶ (hostes nostrorum) paucis interfectis reliquos incertis ordinibus perturbauerant: IV 32, 5; paucisque utrimque interfectis Caesar loca maxime necessaria complexus noctu praemunit ⟨*c*⟩: 3, 112, 7; ¶ hostes impeditos nostri . . . adgressi magnum eorum numerum occiderunt. . . . primos ⟨que *add.* β⟩, qui transierant, equitatu circumuentos interfecerunt: II 10, 3; ¶ puberes: 2, 13, 3 *u.* omnes; ¶ interdicitque omnibus, ne quemquam interficiant: VII 40, 4; ¶ quos: V 6, 5 *u.* **A.** principes; suo beneficio conseruatos . ., quos iure belli interficere potuisset: VII 41, 1; ¶ quosdam: 3, 84, 5 *u.* **B. a)** Allobrogem; ¶ reliquos: I 53, 3 *et* 3, 38, 4 *u.* omnes; ¶ si sese ⟨se si β⟩ interfici nollent, arma ponere iusserunt: IV 37, 1; noctu ⟨*c*⟩ ad unum omnes desperata salute se ipsi interficiunt: V 37, 6; ¶ cum (Germani) suos interfici uiderent: IV 15, 1; qui (exercitus) iniuria etiam accepta suisque interfectis quos in sua potestate habuerit conseruarit: 1, 85, 2.

b) numer.: (Vorenus) uno interfecto reliquos paulum propellit: V 44, 11; — in medios hostes inrupit duobusque interfectis reliquos a porta paulum ⟨*c*⟩ summouit: VII 50, 5; — in eo proelio ex equitibus nostris interficiuntur quattuor et septuaginta ⟨LXX. IIII *a*⟩: IV 12, 3; — ex his circiter **LXXX** interfectis, reliquis in fugam coniectis, duobus amissis in castra se receperunt (nostri): 3, 37, 7; — **CXX**: 2, 25, 5 *u.* **B. a)** Numidas; — ex numero aduersariorum circiter **DC** interfectis ac mille ⟨*c*⟩ uulneratis: 2, 35, 6.

c) enuntiat.: eos, qui in spem potiundorum castrorum uenerant, undique circumuentos interficiunt (milites): III 6, 2; neque . . . repertus est quisquam, qui eo interfecto, cuius se amicitiae deuouisset, mori ⟨*c*⟩ recusaret: III 22, 3; VII 50, 3 *u.* **B. b)** Fabium; 55, 5 *u.* **A.** custodes; sic cum suis fugientibus permixti, quos non siluae montesque texerunt, ab equitatu sunt interfecti: VII 62, 9; (Petreius) conloquia militum interrumpit, nostros repellit a castris, quos deprendit ⟨*c*⟩ interficit: 1, 75, 2; qui una procurrerant leuis armaturae ⟨*c*⟩, circumueniebantur atque interficiebantur ab nostris: 2, 34, 3.

d) intellegend. est obi.: sibi praestare . . . quamuis fortunam a populo R. pati quam ab his per cruciatum ⟨*c*⟩ interfici, inter quos dominari consuessent: II 31, 6; postremo in acie praestare interfici quam non ueterem belli gloriam . . . recuperare: VII 1, 8.

Interficere alqm **indicta causa:** VII 38, 2; iure belli: VII 41, 1; sine ullo periculo: II 11, 6; contra religionem iuris iurandi: 3, 28, 4; ¶ **igne:** 3, 8, 3; (VI 19, 3;) per cruciatum ⟨-tus⟩: II 31, 6; (gladiis (-io): II 23, 1; 3, 99, 1; tormentis: VI 19, 3;) ¶ **se interficere:** V 37, 6.

Aduerb.: crudelissime: 1, 85, 3; 3, 28, 4; palam: V 25, 3; 1, 76, 4.

(**Interimere** *non exstat in Caesaris scriptis.*)

interĭcio: (duces aduersariorum) crebras stationes disponunt equitum et cohortium alariarum legionariasque intericiunt cohortes: 1, 73, 3; reliquas (cohortes legionesque Pompeius) inter aciem mediam cornuaque interiecerat ⟨-rant *a*⟩: 3, 88, 3; ¶ expeditos: VII 80, 3 *u.* sagittarios; ¶ Neruii antiquitus . . . teneris arboribus incisis atque inflexis ⟨*c*⟩ crebrisque ⟨*c*⟩ in latitudinem ramis enatis ⟨*c*⟩ et rubis sentibusque interiectis effecerant, ut: II 17, 4; ¶ saepes: II 22, 1 *u.* **interiectus**; ¶ quin equestri proelio interiectis sagittariis quid in quoque esset animi ac uirtutis suorum periclitaretur ⟨*c*⟩: VII 36, 4; Galli inter equites raros sagittarios expeditosque leuis armaturae interiecerant: VII 80, 3; ¶ ut . . . (trabes) singulae singulis saxis interiectis arte contineantur: VII 23, 3.

P. Attii equitatus omnis et una leuis armaturae ⟨*Ald.*; armatura et *codd.*⟩ interiecti ⟨-iectio *a*⟩ complures, cum se in uallem demitterent ⟨*c*⟩, cernebantur: 2, 34, 2.

interiectus ui adiectiui. A. de loco: conuallis: 2, 27, 4 *u.* uallis; ¶ in magno impetu maris atque aperto paucis portibus interiectis, quos tenent ipsi, omnes fere . . . habent uectigales ⟨*u. CC*⟩: III 8, 1; ¶ cum . . . resisterent saepibusque densissimis, ut ante demonstrauimus, interiectis prospectus impediretur ⟨*u. CC*⟩: II 22, 1; ¶ indignantes milites . ., quod conspectum suum hostes perferre ⟨*c*⟩ possent tantulo spatio interiecto: VII 19, 4; reliquis ex omnibus partibus colles mediocri interiecto spatio . . . oppidum cingebant: VII 69, 4; cogebantur Corcyra atque Acarnania longo interiecto nauigationis spatio pabulum supportare: 3, 58, 4; ¶ atque una ualle ⟨atque conualle *Paul*⟩ non magna interiecta suas uterque copias instruit: 2, 27, 4.

B. de tempore: interiectisque aliquot diebus

. . . subito meridiano tempore . . . portis se † foras rumpunt: 2, 14, 1; ¶ interim Pompeius hac satis longa interiecta mora et re nuntiata V ⟨c⟩ legiones ⟨c⟩ . . . subsidio suis duxit: 3, 69, 1; ¶ breui spatio interiecto . . . hostes ex omnibus partibus signo dato decurrere: III 4, 1; ut maiore spatio temporis interiecto militum mentes sanarentur: 2, 30, 3.

interim: dies circiter quindecim iter fecerunt . . . . interim cotidie Caesar Haeduos frumentum . . . flagitare: I 16, 1; equitatumque, qui sustineret hostium impetum, misit. ipse interim . . . aciem instruxit: I 24, 2; dies conloquio dictus est ex eo die quintus. interim saepe ultro ⟨c⟩ citroque ⟨c⟩ cum legati inter eos mitterentur, Ariouistus postulauit: I 42, 4; hanc (paludem) si nostri transirent, hostes exspectabant. . . . interim proelio equestri inter duas acies contendebatur: II 9, 2; castris munitis uineas agere . . . coepit. interim omnis ex fuga Suessionum multitudo in oppidum proxima nocte conuenit: II 12, 4; cum se illi identidem . . . reciperent . . ., interim legiones sex ⟨c⟩ . . . opere dimenso castra munire coeperunt: II 19, 5; . . . interim milites legionum duarum, quae . . . praesidio impedimentis fuerant, proelio nuntiato cursu incitato . . . ab hostibus conspiciebantur: II 26, 3; maiori tamen parti placuit hoc reseruato ⟨c⟩ ad extremum **casum* consilio interim rei euentum experiri et castra defendere: III 3, 4; quod ipse aberat longius, naues interim longas aedificari . . ., remiges . . . institui ⟨c⟩, nautas gubernatoresque comparari iubet: III 9, 1; ad quarum initium siluarum cum Caesar peruenisset castraque munire instituisset, neque hostis interim uisus esset: III 28, 3; . . . interim ad praefectos, qui . . . antecesserant, mittit: IV 11, 6; Caesar . . . in fines Sugambrorum contendit. interim ⟨in itinere *Hartz*⟩ a compluribus ciuitatibus ad eum legati ueniunt: IV 18, 3; ipse . . . in Morinos proficiscitur . . . . huc naues . . . iubet conuenire. interim consilio eius cognito et per mercatores perlato ad Britannos . . . ad eum legati ueniunt: IV 21, 5; dum reliquae naues eo conuenirent, . . . in ancoris exspectauit. interim legatis tribunisque militum conuocatis . . . quae fieri uellet ostendit monuitque . . .: IV 23, 5; ex essedis desiliunt et pedibus ⟨c⟩ proeliantur. aurigae interim paulatim ⟨c⟩ ex proelio excedunt atque ita currus ⟨c⟩ conlocant, ut: IV 33, 2; secutae sunt continuos complures dies tempestates . . . . interim barbari nuntios in omnes partes dimiserunt paucitatemque nostrorum militum suis praedicauerunt et . . . demonstrauerunt: IV 34, 5; Caesar omnem . . . equitatum suis auxilio misit. interim nostri milites impetum hostium sustinuerunt atque amplius horis quattuor fortissime pugnauerunt et . . . complures . . . occiderunt: IV 37, 3; . . . interim Trinobantes . . . legatos ad Caesarem mittunt pollicenturque . . .: V 20, 1; . . . interim ab omnibus legatis . . . certior factus est: V 25, 5; cum quaepiam ⟨c⟩ cohors ex orbe excesserat atque impetum fecerat, hostes uelocissime refugiebant; interim eam partem nudari necesse erat et ab latere aperto tela recipi ⟨c⟩: V 35, 2; interim, dum de condicionibus inter se agunt longiorque consulto ab Ambiorige instituitur sermo ⟨c⟩, paulatim circumuentus interficitur: V 37, 2; consedit et . . . castra communit . . . . interim speculatoribus in omnes ⟨c⟩ partes ⟨c⟩ dimissis explorat: V 49, 8; . . . interim ad Labienum . . . incredibili celeritate de uictoria Caesaris fama perfertur: V 53, 1; equitesque undique euocat; his certam ⟨c⟩ diem conueniendi dicit. interim prope cotidie cum omni equitatu Indutiomarus sub castris eius uagabatur . . .; equites plerumque omnes tela . . . coiciebant: V 57, 3; intromissis equitibus . . . omnes suos custodiis intra castra continuit . . . . interim ex consuetudine cotidiana Indutiomarus ad castra accedit atque ibi magnam partem diei consumit: V 58, 2; aditus uiasque in Suebos perquirit. interim paucis post diebus fit ab Vbiis certior: VI 10, 1; . . . interim confecta frumentatione milites nostri clamorem exaudiunt; praecurrunt equites; . . . cognoscunt: VI 39, 1; . . . interim Lucterius Cadurcus in Rutenos missus eam ciuitatem Aruernis conciliat: VII 7, 1; . . . interim Teutomatus . . . cum magno equitum suorum numero ⟨c⟩ . . . ad eum peruenit: VII 31, 5; . . . interim nuntio allato omnes ⟨c⟩ eorum milites in potestate Caesaris teneri concurrunt ad Aristium . . .: VII 43, 1; . . . interim ii, qui . . . munitionis causa conuenerant, primo exaudito clamore . . . eo contenderunt: VII 48, 1; Domitius ad Pompeium . . . peritos regionum . . . cum litteris mittit, qui . . . orent, ut sibi subueniat. . . . interim suos cohortatus tormenta in muris disponit certasque cuique partes . . . attribuit. militibus . . . agros ex suis possessionibus pollicetur. . . . interim Caesari nuntiatur: 1, 17, 3 *et* 18, 1; . . . interim Oscenses et Calagurritani . . . mittunt ad eum legatos seseque imperata facturos pollicentur: 1, 60, 1; legatosque de pace . . . ad Caesarem mittunt. interim alii suos in castra inuitandi causa adducunt, alii ab suis abducuntur ⟨adduc. *ahl*⟩ . . .: 1, 74, 4; . . . interim L. Nasidius . . . freto

Siciliae . . . peruehitur adpulsisque Messanam nauibus . . . deducit: 2, 3, 1; . . . interim sub musculo milites uectibus infima saxa turris hostium . . . conuellunt: 2, 11, 3; . . . interim aduentu longarum nauium Curio pronuntiare onerariis nauibus iubet: 2, 25, 6; . . . interim postulant, ut sint indutiae, atque ab iis ⟨c⟩ impetrant: 3, 15, 7; crebraque inter se conloquia milites habebant, neque ullum interim telum per pactiones loquentium traiciebatur: 3, 19, 1; . . . interim Milo dimissis circum municipia litteris . . . quos ex aere alieno laborare arbitrabatur sollicitabat: 3, 22, 1; . . . interim acerbissime imperatae pecuniae tota prouincia exigebantur: 3, 32, 1; multaque erant intra eum locum manu sata, quibus interim iumenta pasceret: 3, 44, 3; . . . interim certior factus P. Sulla . . . auxilio cohorti uenit: 3, 51, 1; . . . interim Pompeius hac satis longa interiecta mora et re nuntiata V ⟨c⟩ legiones ⟨c⟩ ab opere deductas ⟨c⟩ subsidio suis duxit: 3, 69, 1; ipse enim necessario etesiis tenebatur . . . . interim controuersias regum ad populum Romanum et ad se . . . pertinere existimans . . . ostendit sibi placere . . .: 3, 107, 2; has munitiones insequentibus auxit diebus . . . . interim filia minor Ptolomaei regis uacuam possessionem regni sperans ad Achillam sese ex regia traiecit unaque bellum administrare coepit: 3, 112, 9.

interior. **1. adiect.** *Cf. Riemann, RPh. V 103 sqq.*

duas fossas . . . perduxit, quarum interiorem ⟨inferiorem *Göler*⟩ campestribus ac demissis locis aqua . . . compleuit: VII 72, 3; ¶ (inita ⟨c⟩ aestate in ulteriorem ⟨β; interiorem α; *edd.*⟩ Galliam qui deduceret Q. Pedium legatum misit: II 2, 1;) ¶ legionarii interioris munitionis defensores . . . tormentis . . . terrebant: 3, 63, 6; ¶ Britanniae pars interior ⟨inferior β; *om. A*⟩ ab iis incolitur, quos . . .; maritima pars ab iis, qui: V 12, 1; is naues nostras interiorem in portum ⟨*Ciacc.;* partem *codd.*⟩ post oppidum reduxit: 3, 39, 2; quattuor biremes . . . in interiorem portum ⟨*Ciacc.;* partem *codd.; Np., Dt.*⟩ traduxit: 3, 40, 4; ¶ illi interiore spatio perpetuas munitiones efficiebant: 3, 44, 4; illi operibus uincebant, quod . . . interiore spatio minorem circuitum habebant: 3, 44, 5; ¶ (nauibus circumuecti milites in exteriorem ⟨interiorem *NO¹hl*⟩ uallum tela iaciebant: 3, 63, 6;) relicto interiore uallo maiorem adiecerat munitionem: 3, 66, 4.

2. ui subst.; A. = mediterranei: interiores plerique frumenta non serunt, sed lacte et carne uiuunt pellibusque sunt uestiti: V 14, 2.

B. = hostis interior, ii qui munitionibus circumuallati erant: at interiores, dum ea, quae . . . ad eruptionem praeparata ⟨c⟩ erant, proferunt, priores fossas explent, diutius in his rebus administrandis morati prius suos discessisse cognouerunt quam munitionibus adpropinquarent. ita re infecta in oppidum reuerterunt: VII 82, 3. 4; interiores desperatis campestribus locis . . . loca praerupta . . . temptant; huc ea, quae parauerant, conferunt. multitudine telorum ex turribus propugnantes deturbant, aggere et cratibus fossas explent, falcibus uallum ac loricam rescindunt: VII 86, 4. 5.

interitus: Labienus interitu Sabini et ⟨*om.* β⟩ caede cohortium cognita . . . litteras Caesari remittit ⟨c⟩: V 47, 4.

intermitto (*opp.* continuare).

1. transitiue; A. = uacuum relinquere, interuallum relinquere; a) de loco: quae (pars oppidi) intermissa a flumine et palude ⟨β; a paludibus α; *edd.*⟩ aditum . . . angustum habebat: VII 17, 1; ¶ ab infimis radicibus montis intermissis circiter passibus CCCC castra facere constituit: 1, 41, 3; ¶ quam (planitiem) intermissam ⟨a *addend.?*⟩ collibus tria milia passuum in ⟨c⟩ longitudinem ⟨c⟩ patere supra demonstrauimus: VII 70, 1; ¶ cum hae ⟨c⟩ (cohortes) perexiguo intermisso loci ⟨*del. Np.*⟩ spatio inter se constitissent: V 15, 4; mille passuum intermisso spatio castra communit: VI 7, 4; ut . . . (trabes) paribus intermissis ⟨*b; Hotom.;* intermissae *X; edd.*⟩ spatiis singulae singulis saxis interiectis arte contineantur: VII 23, 3; hoc intermisso spatio duas fossas . . . perduxit: VII 72, 3; taleae . . . in terram infodiebantur mediocribusque intermissis spatiis omnibus locis disserebantur: VII 73, 9; milites disponit non certis spatiis intermissis, . . . sed perpetuis uigiliis stationibusque: 1, 21, 3; ab eo (uallo) intermisso spatio pedum DC alter conuersus in contrariam partem erat uallus: 3, 63, 2.

b) de tempore: diem *u.* **dies** *p. 893* **b)** *(8 loc.)*; ¶ dum ea conquiruntur et conferuntur, nocte (?) intermissa (?) circiter hominum milia sex . . . prima (?) nocte (?) e castris Heluetiorum egressi ad Rhenum . . . contenderunt: I 27, 4; Ambiorix statim . . . proficiscitur neque noctem neque diem intermittit: V 38, 1; ¶ partem: V 40, 5 *u.* tempus; ¶ at illi intermisso spatio imprudentibus nostris . . . subito se ex siluis eiecerunt: V 15, 3; paruoque spatio intermisso . . . conclamari iussit: 3, 75,

2; satis longo spatio temporis a Dyrrachinis proeliis intermisso ⟨intermissi *a*⟩ . . . temptandum Caesar existimauit: 3, 84, 1; paruoque intermisso temporis spatio ac rursus renouato cursu pila miserunt: 3, 93, 1; ¶ breui tempore intermisso in castra legiones reduxit: IV 34, 2; in his rebus circiter dies X consumit ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis: V 11, 6; nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur: V 40, 5; Treueri . . . totius hiemis nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent, ciuitates sollicitarent, pecunias pollicerentur, . . . dicerent: V 55, 1; cum . . . milites . . hortaretur, ne quod omnino tempus ab opere intermitteretur: VII 24, 2; Caesar, ut reliquum tempus a ⟨*om. f*⟩ labore intermitteretur, milites in proxima municipia deducit: 1, 32, 1; (3, 84, 1 *et* 93, 1 *u.* spatium;) ¶ ipse triduo intermisso cum omnibus copiis eos sequi coepit: I 26, 6.

B. = aliquamdiu omittere; a) alqd: sic neque agri cultura nec ratio atque usus belli intermittitur: IV 1, 6; ¶ interea . . . non intermissuros consules Pompeiumque dilectus: 1, 10, 4; dilectus circa ⟨*c*⟩ urbem intermittuntur: 1, 14, 4; ¶ paulum quidem intermissa flamma . . . centuriones recesserunt: V 43, 6; ¶ hominum milia CXXX . . . tota nocte continenter ierunt; nullam partem noctis itinere intermisso in fines Lingonum die quarto peruenerunt ⟨*u. CC*⟩: I 26, 5; septimo die, cum iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus est: I 41, 5; neque diurno neque nocturno itinere intermisso . . . in Lingones contendit: VII 9, 4; quod properans noctem diei coniunxerat neque iter intermiserat: 3, 13, 2; Caesar . . . parua parte ⟨paruam partem?⟩ noctis itinere intermisso mane Dyrrachium uenit: 3, 41, 5; eadem celeritate . . . nocturno itinere non intermisso . . . ad mare peruenit: 3, 96, 4; ¶ qui uectoriis grauibusque nauigiis non intermisso remigandi labore longarum nauium cursum adaequarunt ⟨*c*⟩: V 8, 4; ¶ qui per sacerdotes more ciuitatis intermissis magistratibus esset creatus: VII 33, 4; ¶ eius modi sunt tempestates ⟨*c*⟩ consecutae, uti opus necessario intermitteretur: III 29, 2; neque idcirco Caesar opus intermittit ⟨intermisit *Na*[1]⟩: 1, 42, 3; ¶ milites certiores facit, paulisper intermitterent proelium . . . seque ex labore reficerent: III 5, 3; ¶ Caesar intermissa profectione atque omnibus rebus postpositis . . . mittit: V 7, 6; ¶ rationem atque usum belli: IV 1, 6 *u.* agri culturam; ¶ media circiter nocte uento intermisso cursum non tenuit: V 8, 2.

b) c. inf.: ex eo, quod obsides dare intermiserant, . . . suspicabatur: IV 31, 1.

C. = non perficere (?): qua ⟨β; quam *BM*[1]; quiam *A;* quia *Q;* qua nostrum *Fr.; Hold.*⟩ erat nostrum opus ⟨β; *Schn.;* opus erat α; *rell. edd.*⟩ intermissum ⟨imperfectum *Nitsche*⟩, secunda uigilia silentio equitatum dimittit ⟨*c*⟩: VII 71, 5.

2. intrans.: reliquum spatium . . ., qua flumen intermittit, mons continet: I 38, 5; ¶ hostes neque a ⟨*c*⟩ fronte ex inferiore loco subeuntes intermittere et ab utroque latere instare . . . uidit: II 25, 1.

Nullum diem (tempus) intermittere, quin: V 55, 1; VII 36, 4; — nocturnum tempus ad laborem int.: V 11, 6; 40, 5; — tempus a labore (ab opere) int.: VII 24, 2; 1, 32, 1; — longo spatio a proeliis (= post pr.) intermisso: 3, 84, 1; — pars intermissa a flumine et palude: VII 17, 1; planities intermissa collibus (?): VII 70, 1; — ab infimis radicibus intermissis passibus CCCC: 1, 41, 3; *sim.* 3, 63, 2; — intermisso spatio inter se: V 15, 4.

Aduerb.: necessario: III 29, 2; paulisper: III 5, 3; paulum: V 43, 6; partem noctis: I 26, 5; *cf.* 3, 41, 5.

internecio. Internicio *scriptum est in Q,* internitio *in BM* II 28, 1; internitio *in Ca* I 13, 7.

prope ad internecionem gente ac nomine Neruiorum redacto: II 28, 1; ¶ ne committeret, ut is locus . . . ex calamitate populi Romani et internecione exercitus nomen caperet aut memoriam proderet: I 13, 7.

internuntius: Pothinus . . . cum ad Achillam nuntios mitteret . . ., indicatis deprehensisque internuntiis a Caesare est interfectus: 3, 112, 11; — post paulo tamen internuntiis ultro citroque missis . . . de L. Domitii fuga cognoscunt: 1, 20, 4.

interpello. A.: cuius orationem Caesar interpellat: 1, 22, 5; ¶¶ qua oratione permoti milites crebro etiam dicentem ⟨*add. f; Dt.; om. Na; Np., Db.*⟩ interpellabant, ut magno cum dolore infidelitatis suspicionem sustinere uiderentur ⟨qua oratione permoti . . . uiderentur *om. hl*⟩: 2, 33, 1; — quem ingressum in sermonem Pompeius interpellauit et loqui plura prohibuit: 3, 18, 3.

B.: munitiones . . . ad flumen perductae expugnatis iam castris Pompei propriam ⟨*c*⟩ expeditamque ⟨*c*⟩ Caesaris uictoriam inter-

pellauerunt: 3, 70, 2; siue ipsorum perturbatio siue error aliquis siue etiam fortuna partam iam praesentemque uictoriam interpellauisset: 3, 73, 5; ¶¶ nos esse iniquos, quod in suo iure se interpellaremus: I 44, 8; — T. Ampium conatum esse pecunias tollere Epheso . . ., sed interpellatum aduentu Caesaris profugisse: 3, 105, 1.

interpono. **A. propr.:** ubi aut spatium inter muros aut imbecillitas materiae postulare uideretur, pilae interponuntur: 2, 15, 2.

B. trsl.; a) = intericere: paucis diebus interpositis noctu insidias equitum conlocauit: 3, 37, 5; ¶ Caesar . . . nulla interposita dubitatione legiones . . . educit: VII 40, 1; ¶ hos exspectari equites atque eius rei causa moram interponi arbitrabatur: IV 9, 3; ut tridui mora interposita equites eorum . . . reuerterentur: IV 11, 4; ut milium VI ad iter addito [ad uadum] circuitu magnaque *ad uadum* fluminis mora interposita eos . . . consequerentur: 1, 64, 8; recepto Caesar Orico nulla interposita mora Apolloniam proficiscitur: 3, 12, 1; nulla interposita mora . . . *impedimenta* omnia silentio prima nocte ex castris Apolloniam praemisit: 3, 75, 1; ¶ hoc spatio interposito reliqui sese confirmant: VI 38, 5; longo interposito spatio, cum diuturnitas oppugnationis neglegentiores Octauianos effecisset, . . . inruperunt: 3, 9, 6; spatiumque interponendum ad recreandos animos putabat: 3, 74, 3; ¶ neque ulla ad id tempus belli suspicione interposita: IV 32, 1.

b) = impediendi aut confirmandi causa alqd ponere, dare, facere: quod neque conloquium interposita causa tolli uolebat neque: I 42, 5; ¶ hoc decreto interposito cohortatus Haeduos . . . exercitum in duas partes diuisit: VII 34, 1; ¶ fidem *u.* **fides** *p. 1296* **B.** *(3 loc.)*

interpres: cotidianis interpretibus remotis per C. Valerium Procillum ⟨*c*⟩ . . . cum eo conloquitur: I 19, 3; — Q. Titurius . . . interpretem suum Cn. Pompeium ad eum mittit: V 36, 1.

interpretor: (druides) sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur: VI 13, 4.

(interritus: quae (cohortes) praesidio castris relictae intritae ⟨*ik;* interritae αa^2*;* intrite *h*⟩ ab labore erant: III 26, 2.**)**

interrogo: hi ⟨*c*⟩ (serui) iam ante ⟨*c*⟩ edocti ⟨*c*⟩, quae interrogati pronuntiarent, milites se esse legionarios dicunt: VII 20, 10; qui (Pompeius) . . . ab se reliquisque in senatu interrogatus omnia sibi esse ad bellum apta ac parata confirmauisset: 1, 30, 5; — Labienus . . . captiuos . . . commilitones appellans et magna uerborum contumelia interrogans, solerentne ueterani milites fugere, in omnium conspectu interfecit: 3, 71, 4.

interrumpo. **A. propr.:** agmen: 1, 64, 1 *u.* **B.** iter; ¶ hoc se colle interruptis pontibus Galli fiducia loci continebant: VII 19, 2; Vercingetorix omnibus interruptis eius fluminis pontibus ab altera fluminis ⟨*c*⟩ parte iter facere coepit: VII 34, 3; cohortes V praemissae a Domitio ex oppido pontem fluminis interrumpebant: 1, 16, 2; subito ui ⟨*c*⟩ uentorum ⟨*c*⟩ et aquae magnitudine pons est interruptus ⟨interrutus *h*⟩ et reliqua multitudo equitum interclusa: 1, 40, 3; pons, qui fuerat tempestate interruptus ⟨praeruptus *f*⟩, paene erat refectus: 1, 41, 1; tempestas cooritur . . . pontesque ambo, quos C. Fabius fecerat, uno die interrupit: 1, 48, 2.

B. trsl.: (Petreius) conloquia militum interrumpit: 1, 75, 2; ¶ cernebatur . . . nouissimos illorum premi uehementer ac non numquam ⟨*c*⟩ subsistere ⟨*Vascos.;* sustinere *codd.; edd.*⟩ extremum agmen atque iter ⟨*add. Forchh.; om. codd.; edd.*⟩ interrumpi ⟨inrumpi *Np.*⟩: 1, 64, 1; ¶ quorum mediam orationem ⟨media oratione *hl*⟩ interrumpunt subito undique tela immissa: 3, 19, 6.

interscindo: ut . . . alii turres reducerent aggeremque interscinderent: VII 24, 5; ¶ ut . . . castellum . . . expugnarent pontemque interscinderent: II 9, 4.

intersum. **A. propr.** *u.* **inter** *p. 200* interesse *(3 loc.).*

B. trsl.; a) interesse rei = adesse, participem esse: qui ordinis essent senatorii belloque una cum ipsis interfuissent: 3, 83, 3; ¶ quam (partem equitatus) supra commemoraui . . . Mosam transisse neque proelio interfuisse: IV 16, 2; adcelerat Caesar, ut proelio intersit: VII 87, 5; omnibus interfui proeliis: 3, 87, 2; ¶ illi (druides) rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant: VI 13, 4; ¶ ab iis ⟨*c*⟩ Caesar haec facta cognouit, qui sermoni interfuerunt ⟨-rant *Kindsch.*⟩: 3, 18, 5.

b) impers. interest; α) non additur, cuius intersit; αα) sequ. (acc. c.) inf.: magni interesse arbitrabatur eius auctoritatem inter suos quam plurimum ualere: V 4, 3; magni interesse etiam in reliquum tempus ad opinionem Galliae existimans tantas uideri Italiae facultates, ut: VI 1, 3; etsi magni interesse arbitra-

batur quam primum oppido potiri cohortesque ad se in castra traducere: 1, 21, 1.

ββ) **sequ. interrog. obl.**: neque interesse, ipsosne interficiant impedimentisne exuant: VII 14, 8.

β) **additur, cuius intersit**: docet, quanto opere rei publicae communisque salutis intersit manus hostium distineri: II 5, 2; interesse rei publicae et ⟨ut *x*⟩ communis salutis se cum Pompeio conloqui: 1, 24, 5; ¶ condiciones pacis . . . Romae ab senatu et a populo peti debere. † interea et rei publicae ⟨debere. id interesse rei publicae *Madu.*⟩ et ipsis placere oportere: 3, 10, 9.

interuallum. *(Semper ad locum pertinet.)*

A. obi.: ea autem quae diximus interualla grandibus in fronte ⟨*c*⟩ saxis efferciuntur ⟨*c*⟩: VII 23, 2; ¶ his conlocatis . . . alius insuper ordo additur, ut idem illud interuallum seruetur neque inter se contingant trabes, sed paribus intermissis ⟨*c*⟩ spatiis singulae singulis saxis interiectis arte contineantur: VII 23, 3.

B. abl.: quod oppidum a Corfinio VII milium interuallo abest: 1, 18, 1; — trabes derectae . . . paribus interuallis, distantes inter se binos pedes, in solo conlocantur: VII 23, 1; Vercingetorix castris prope oppidum positis ⟨*c*⟩ mediocribus circum se interuallis separatim singularum ciuitatum ⟨*c*⟩ copias conlocauerat: VII 36, 2; — rex . . . sex milium passuum ⟨*c*⟩ interuallo a ⟨*c*⟩ Saburra consederat: 2, 38, 3; — item equites Ariouisti pari interuallo constiterunt: I 43, 2; cum ⟨*c*⟩ in dextro cornu legio duodecima et non magno ab ⟨*om. a*⟩ ea ⟨*om. h*⟩ interuallo septima constitisset: II 23, 4; — suas copias . . . eduxerunt generatimque constituerunt ⟨instituerunt B^2β⟩ paribus ⟨paribusque B^2β⟩ interuallis, Harudes ⟨*c*⟩, Marcomannos ⟨*c*⟩, . . . Suebos: I 51, 2; — tigna bina . . . interuallo pedum duorum inter se iungebat: IV 17, 3; — ut numquam conferti, sed rari magnisque interuallis proeliarentur: V 16, 4; — eo die quo consuerat interuallo hostes sequitur et milia passuum tria ab eorum castris castra ponit: I 22, 5; — contraria duo (tigna) . . . interuallo pedum quadragenum ⟨.XL. β⟩ ab inferiore parte . . . statuebat: IV 17, 5.

interuenio: hoc ipso tempore et casu Germani equites interueniunt: VI 37, 1; Romani si casu interuenerint ⟨β; interuenirent α⟩, fortunae, si alicuius indicio uocati, huic habendam gratiam: VII 20, 6.

interuentu(s): ut perpaucae ex omni numero (naues) noctis interuentu ad terram peruenerint ⟨*c*⟩: III 15, 5.

intexo: scutis ex cortice factis aut uiminibus intextis . . . eruptionem fecerunt: II 33, 2.

intoleranter: sed intolerantius Gallos insequentes legio decima tardauit: VII 51, 1.

intra. A. de loco; a) c. uerbis α) mouendi, iaciendi, sim.: monet, ut tragulam cum epistula . . . intra munitionem ⟨munitiones β⟩ castrorum abiciat: V 48, 5; ¶ tela intra munitionem ex omnibus partibus coiciunt: V 51, 2; equites plerumque omnes tela intra uallum coiciebant: V 57, 3; illi . . . silentio adgressi ⟨*c*⟩ uniuersi ⟨*Np.*; uniuersas *codd.*⟩ intra ⟨*Oh*; inter *Nafl*⟩ multitudinem sagittas coiciebant: 3, 50, 1; ¶ intra oppida ac muros ⟨murosque β⟩ compelluntur: VII 65, 2; Caesar Pompeianis ex fuga intra ⟨inter *Oafl*⟩ uallum compulsis . . . milites cohortatus est: 3, 95, 1; ¶ qui . . . Teutonos Cimbrosque intra fines ⟨*c*⟩ suos ingredi prohibuerint ⟨*c*⟩: II 4, 2; nostrosque intra munitiones ingredi prohibebant: V 9, 6; ¶ quod intrare intra praesidia periculosum putabat: VII 8, 1; ¶ Petrosidius aquilifer . . . aquilam intra uallum proiecit: V 37, 5; ¶ qui (Sequani) intra fines suos Ariouistum recepissent: I 32, 5; impedimenta inter ⟨intra *Np.*⟩ legiones recipiuntur: VII 67, 3; Pompeius, ubi nihil profici equitatu cognouit, . . . rursum eum nauibus ad se intra munitiones recipit ⟨recepit *h*⟩: 3, 58, 2; — se in castra munitionesque suas ⟨se intra munitiones suas β⟩ recipiunt: III 6, 3; ambo incolumes . . . sese intra munitiones ⟨intra mun. se β⟩ recipiunt: V 44, 13; hos montes intrare cupiebant ⟨*Np.*; intra se recipiebant *codd.*; intrasse cupiebant *EHoffm.*; hos intra montes se recipiebant *Ald.*⟩: 1, 65, 4; ¶ Vercingetorix . . . suos intra munitiones reduxit: VII 51, 4; sub uesperum Caesar intra hanc fossam legiones reducit: 1, 41, 6.

β) **c. aliis**: intra haec tegimenta abditi atque muniti parietes lateribus exstruebant: 2, 9, 6; ¶ Lissum profectus naues onerarias XXX a M. Antonio relictas intra portum adgressus omnes incendit: 3, 40, 5; ¶ ut intra munitionem et sine timore et sine stationibus aquari possent: 1, 73, 3; ¶ ut intra siluas aciem ordinesque constituerant: II 19, 6; ¶ intra eas siluas hostes in occulto sese continebant: II 18, 3; Labienus suos intra munitionem continebat: V 57, 4; omnes suos custodiis intra castra continuit: V 58, 1;

postero die omnem exercitum intra fossam continet: 1, 42, 1; militesque omnes intra uallum castrorum ⟨*c*⟩ continuit: 3, 76, 1; ¶ cum hostem ⟨*c*⟩ intra portas esse existimarent: VII 47, 4; non minus qui intra munitiones erant perturbantur Galli ⟨*c*⟩: VII 70, 6; multaque erant intra eum locum manu sata: 3, 44, 3; quique intra praesidia Pompei fuissent: 3, 83, 3; ¶ legionibusque ⟨*c*⟩ ⟨intra uineas *add.* β; extra castra uineas *add. BM;* extra uineas *AQ;* inter castra uineasque *add. Heller; Dt., Hold.*; *ego del.*⟩ in occulto expeditis ⟨*c*⟩: VII 27, 2; ¶ (cum † interea ⟨intra eam *R. Menge*⟩ contignationem parietes exstruerentur: 2, 9, 3;) 2, 9, 6 *u.* abdere; ¶ (eam ⟨*c*⟩ (contabulationem) in parietes instruxerunt ⟨-rant *Nhl;* — eamque intra parietes incluserant *Ciacc.*⟩: 2, 9, 1;) ¶ muniti: 2, 9, 6 *u.* abdere; ¶ Caesar . . . intra has (crates) . . . fossam tectis militibus obduci iussit: 3, 46, 1; ¶ ne intra munitionem opprimeretur: 3, 69, 3; ¶ relinquere: 3, 40, 5 *u.* adgredi; ¶ serere: 3, 44, 3 *u.* esse; frumenta enim, quae fuerant intra munitiones sata, consumpserant: 3, 58, 3; ¶ quod expeditior erat quam ii ⟨*c*⟩, qui inter ⟨intra B^2β⟩ aciem uersabantur: I 52, 7; iam cum intra uallum nostri uersarentur: 3, 96, 3.

b) c. subst.: non illi . . . ancipitem terrorem intra extraque munitiones . . . causae fuisse cogitabant: 3, 72, 2.

B. de tempore: qui (Germani) inter ⟨intra B^2⟩ annos XIIII tectum non subissent: I 36, 7; intra annum uero uicesimum feminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus: VI 21, 5.

intritus: quae (cohortes) praesidio castris relictae intritae ⟨*ik;* interritae αa^2; intrite *h;* integrae *f;* a^1 *om. h. l.*⟩ ab labore erant: III 26, 2.

1. intro, intrare. A. intr.: quod (Lucterius) intrare intra praesidia periculosum putabat: VII 8, 1; ¶ quo ⟨quod *a*⟩ non modo non ⟨*CC*⟩ intrari, sed ne perspici quidem posset ⟨*c*⟩: II 17, 4; quo qui intrauerant ⟨-uerat B^1⟩ se ipsi ⟨ipse B^1⟩ acutissimis uallis induebant: VII 73, 4.

B. transit.: cum . . . primae . . turmae ⟨turbae *af*⟩ insidias intrauissent: 3, 38, 3; ¶ ne quem ⟨neque *Nx*⟩ locum ⟨ne quo loco *O*⟩ nostri intrare atque ipsos . . . circumuenire possent: 3, 44, 4; ¶ hos montes intrare cupiebant ⟨*Np.;* intra se recipiebant *codd.;* intrasse cupiebant *Em. Hoffm.;* hos intra montes se recipiebant *Ald.*⟩: 1, 65, 4.

2. intro (aduerb.): quo simul atque intro ⟨intus *O*⟩ est itum: 3, 26, 5.

introduco. A. propr.; a) additur, quo: in fines *u.* **fines** *p. 1305* **ζζ)** *(3 loc.);* ¶ nostri . . . nacti portum . . . eo naues introduxerunt: 3, 26, 4.

b) non additur, quo: quod oppidum Attius cohortibus introductis tenebat: 1, 12, 3; ¶ Varus praesidium, quod introduxerat, ex oppido educit: 1, 13, 2.

B. trsl.: nouum in re publica ⟨rem publicam *N*⟩ introductum exemplum queritur, ut tribunicia intercessio . . . opprimeretur: 1, 7, 2.

introeo: centuriones . . . nutu uocibusque hostes, si introire uellent, uocare coeperunt: V 43, 6. *Cf.* **2. intro.**

introitus. A. = τὸ εἰσιέναι: iis autem inuitis, a quibus Pharus tenetur, non potest esse propter angustias nauibus introitus in portum: 3, 112, 4; ¶ ne militum introitu et nocturni temporis licentia oppidum diriperetur: 1, 21, 2.

B. = **aditus:** crebris arboribus succisis omnes introitus erant praeclusi: V 9, 5; ¶ turrim ⟨*c*⟩ effectam ad ipsum introitum portus opposuit: 3, 39, 2.

intromitto: centuriones: VII 12, 4 *u.* milites; ¶ nocte una intromissis equitibus omnium finitimarum ciuitatum ⟨*c*⟩ . . . omnes suos custodiis intra castra continuit: V 58, 1; ¶ legiones . . . portis incensis intromittit atque oppido potitur: VII 11, 8; ¶ refractis portis . . . atque intromissis ⟨inmissis β⟩ militibus nostris . . . uendidit: II 33, 6; centurionibus et paucis militibus intromissis, qui arma iumentaque conquirerent, equitatus hostium procul uisus est: VII 12, 4.

introrsus: ut non facile introrsus perspici posset ⟨*c*⟩: II 18, 2; ¶ hanc ⟨*c*⟩ (siluam) longe introrsus pertinere: VI 10, 5; ¶ laqueis falces auertebant, quas cum destinauerant, tormentis introrsus reducebant: VII 22, 2; ¶ hae ⟨*c*⟩ (trabes) reuinciuntur ⟨*c*⟩ introrsus ⟨*a;* extrorsus α*h*⟩ et multo aggere uestiuntur: VII 23, 2; materia . . ., quae perpetuis trabibus *pedum *quadragenum plerumque introrsus reuincta neque perrumpi neque distrahi potest: VII 23, 5.

introrumpo: quod ea ⟨β; eas α⟩ non posse introrumpere uidebantur: V 51, 4.

intueor: (animaduertit Sequanos) tristes capite demisso terram intueri: I 32, 2.

intus: erat unus intus Neruius, nomine Vertico: V 45, 2; confirmatur ⟨*c*⟩ opinio barbaris . . . nullum esse intus praesidium: VI

37, 9; ¶ ueriti, ne angustiis intercluderentur, cum extra et ⟨*om. a*⟩ intus hostem haberent: 3, 69, 4.

[**Falso:** sua sponte ad Caesarem in ius ⟨in ius *Guilielmus;* intus *Ox*⟩ adierunt ⟨*u. CC*⟩: 1, 87, 2.]

inuado: quibus rebus Romam nuntiatis tantus repente terror inuasit, ut: 1, 14, 1.

inuehor: ipse (Iuba) equo in oppidum uectus ⟨inuectus *Ciacc.*⟩ . . . quae fieri uellet Vticae constituit: 2, 44, 3.

inuenio. A. propr.; a) alqd: frumenti quod inuentum est in publicum conferunt: 1, 36, 3; ¶ est etiam genus radicis inuentum ab iis ⟨*c*⟩, qui: 3, 48, 1; ¶ perpauci . . . lintribus inuentis sibi salutem repperunt ⟨*CC*⟩: I 53, 2; ¶ ad Ligerem uenit uadoque per equites inuento . . . incolumem exercitum traduxit: VII 56, 4.

b) alqm: Roscius cum ⟨*c*⟩ Caesare Capuam peruenit ibique consules Pompeiumque inuenit ⟨conuenit *Paul*⟩: 1, 10, 1; ¶¶ finitimos Germanos sollicitare ... non desistunt. ... inuentis non nullis ciuitatibus iure iurando inter se confirmant: VI 2, 2; ¶ Tubero, cum in Africam uenisset, inuenit in prouincia cum imperio Attium Varum: 1, 31, 2.

B. trsl.; a) = animaduertere, uidere, cognoscere; α) c. obi.: scutoque ad eum relato Scaeuae centurionis inuenta sunt in eo foramina CXX ⟨*c*⟩: 3, 53, 4.

β) c. dupl. acc.: sescentas eius generis cuius supra demonstrauimus naues et longas XXVIII inuenit instructas ⟨structas *Hartz*⟩: V 2, 2; reliquas (naues) paratas ad nauigandum atque omnibus rebus instructas inuenit: V 5, 2; naues inuenit refectas: V 23, 1; ¶ ipsis, ad quorum commodum pertinebat, durior inuentus est Coelius: 3, 20, 4.

γ) c. acc. c. inf.: naues ... inuenit instructas, neque multum abesse ab eo, quin paucis diebus deduci possint: V 2, 2; postea uero ... hominum adhibita sollertia ⟨*u. CC*⟩ inuentum est magno esse usui posse, si: 2, 8, 3.

b) = comperire: inueniebat ex captiuis ⟨*c*⟩ Sabim flumen a ⟨*c*⟩ castris suis non amplius milia passuum decem abesse: II 16, 1; ¶¶ reperit ... Pompeium remanere Brundisii .... neque certum inueniri ⟨-nire *Paul*⟩ poterat, obtinendine Brundisii causa ibi remansisset ... an inopia nauium ibi restitisset: 1, 25, 3.

inuentor: hunc (Mercurium) omnium inuentorem artium ferunt: VI 17, 1; ¶ huius ⟨*c*⟩ te paene principem copiae atque inuentorem bene de nomine ac dignitate populi Romani meritum esse existimare debemus: *ap. Cic. Brut.* 253.

inueterasco: populi Romani exercitum hiemare atque inueterascere in Gallia moleste ferebant: II 1, 3; — fere fit, quibus quisque in locis miles inueterauerit, ut multum earum regionum consuetudine moueatur: 1, 44, 3; — inueterauerant hi omnes ⟨inuet. homines *a*⟩ compluribus Alexandriae bellis: 3, 110, 6; ¶ ut nihil nisi hiberna recusent atque hanc inueterascere ⟨inueterescere *α*⟩ consuetudinem nolint: V 41, 5.

inuicem *u.* **in 1. C. f)** *p. 114 (3 (4) loc.).*

inuictus: intellecturum, quid inuicti Germani . . . uirtute possent: I 36, 7.

inuideo: sibi omnes fere finitimos esse inimicos ac suae uirtuti inuidere: II 31, 5.

b) obiect.: iterque accelerat, ut quam maxime ex fuga perterritos adoriri posset: 2, 39, 6; ¶ quod iter ab Arare Heluetii auerterant: I 16, 3; iter ab Heluetiis auertit ac Bibracte ire contendit: I 23, 1; ¶ equitum ⟨*c*⟩ magnam ⟨*c*⟩ partem ad explorandum iter Domitii et cognoscendum praemisit: 3, 38, 2; ¶ quibus litteris acceptis consilium Scipio iterque commutat: 3, 36, 7; ¶ conficere *u.* **conficio** *p. 640 sq. (17 loc.);* ¶ ideo ⟨*c*⟩ continuato nocte ac die itinere . . . ad Pompeium contendit: 3, 11, 1; itaque die ac nocte continuato itinere ad eum peruenit: 3, 36, 8; ¶ Heluetii . . . commutato consilio atque itinere conuerso nostros . . . lacessere coeperunt: I 23, 3; ut ⟨*CC*⟩ commutato consilio iter in prouinciam conuerteret: VII 56, 2; cum itinere conuerso sese Italicam ⟨*c*⟩ uenturum praemisisset ⟨*c*⟩: 2, 20, 6; ¶ negat se more et exemplo populi Romani posse iter ulli per prouinciam dare: I 8, 3; illud se . . . confirmare, tutum ⟨se *add.* β⟩ iter per ⟨suos *add.* β⟩ fines daturum: V 27, 10; ¶ nullo hoste prohibente aut iter demorante incolumem legionem . . . in Allobroges perduxit: III 6, 5; ¶ praeteruectas . . . naues uiderant, † ipsi iter secundum eas terra ⟨*1 det.;* terras *Ox*⟩ derexerant ⟨uiderant ipsi, et iter sec. eas terra d. *Madu.;* uiderant ipsi, ut iter secundo austro derex. *Paul;* ipsi iter s. e. t. d. *interpolatoris esse censet Kraff.*⟩: 3, 30, 1; ¶ differendum est, inquit, iter in praesentia nobis: 3, 85, 4; ¶ exercitum educit dupli-

catoque eius diei itinere VIII milia passuum ex eo loco procedit: 3,76,3; ¶ quantumcumque itineris equitatu efficere poterat, cotidie progrediebatur: 3,102,1; ¶ explorare: 3,38,2 *u.* cognoscere; ¶ facere *u.* **facio** *p. 1269 sq. (33 loc.);* ¶ habere *u.* **habeo** *p. 1404* **2.** *(5 loc.);* 3,79,2 *u.* **B. b)** habere; ¶ impedire *u.* **impedio** *p. 62 (7 loc.);* ¶ intermittere *u.* **intermitto** *p. 221* **B. a)** *(6 loc.);* ¶ cernebatur . . . non numquam *subsistere extremum agmen atque *iter ⟨*add. Forchh.*⟩ interrumpi ⟨*u. CC*⟩: 1,64,1; ¶ iam uero eo magis illi maturandum iter existimabant: 1,63,1; ¶ agmen Haeduorum conspicatus immisso equitatu iter eorum moratur atque impedit: VII 40,4; magna multitudine circumfusa morari atque iter ⟨iter atque *Paul*⟩ impedire incipiunt: 1,63,3; ¶ uti ipse . . . mutato itinere iugis Octogesam perueniret: 1,70,4; ¶ ipse iter in Macedoniam parare incipit paucisque post diebus est profectus: 3,33,2; ¶ **(**pronuntiatur prima luce ituros ⟨iter *Ciacc.*⟩: V 31,4;**)** ¶ proponere: 1,69,1 *u.* **a) α)** esse; confecto iusto itinere eius diei, quod proposuerat Caesar, traductoque exercitu . . . consedit: 3,76,1; ¶ Cassiuellaunus . . . itinera nostra seruabat paulumque ex uia excedebat: V 19,1; ¶ ueriti, ne . . . in angustiis tenerentur, iter supprimunt copiasque in castris continent: 1,66,2; ¶ quod eo inuito iter per prouinciam per uim temptassent: I 14,3.

c) accus. spatii: a quibus cum paucorum dierum iter abesset: IV 7,2; — Hercyniae ⟨*c*⟩ siluae . . . latitudo nouem dierum iter expedito ⟨exped. iter *a*⟩ patet: VI 25,1; — cum dierum iter LX processerit: VI 25,4; — iis ⟨*c*⟩ aliquantum itineris progressis . . . equites . . . uenerunt: V 10,2; ipse eodem . . . proficiscitur biduique iter progressus ad flumen Bagradam peruenit: 2,24,1.

d) genet.: Basilum cum omni equitatu praemittit, si quid celeritate itineris atque opportunitate temporis proficere possit ⟨*c*⟩: VI 29,4; ¶ eorum dierum consuetudine itineris nostri exercitus perspecta: II 17,2; ¶ hunc omnium inuentorem artium ferunt, hunc uiarum atque itinerum ducem: VI 17,1; ¶ adhortatus milites, ne necessario tempore itineris labore permoueantur: VII 40,4; totius diei pugna atque itineris labore defessi rem in posterum diem distulerunt: 1,65,5; reliqui uulneribus ex proeliis et labore ac magnitudine itineris confecti consequi non potuerant: 3,106,2; ¶ cum . . . omnes sine timore iter facerent usi ⟨*c*⟩ superiorum temporum atque itinerum licentia: 1,51,2; ¶ cum sibi quisque primum itineris locum peteret et domum peruenire properaret: II 11,1; ¶ magnitudo: 3,106,2 *u.* labor; ¶ mensura: VI 25,1 *u.* **B. c)**; ¶ celeriter equitatus ad cotidianum itineris ⟨*del. Ciacc.*⟩ officium reuertitur: 1,80,4; ¶ saxa . . . iter impediebant, *ut* . . . subleuati . . alii ab aliis magnam partem itineris conficerent: 1,68,2; ¶ eadem usus simulatione itineris placide progrediebatur: VI 8,2; ¶ spatium *u.* **B. c)** spatium.

Romanos non solum itinerum causa, sed etiam perpetuae possessionis culmina Alpium occupare conari: III 2,5; interfectis Nouioduni custodibus quique eo negotiandi ⟨aut itineris *add.* β; *Schn.*⟩ causa conuenerant: VII 55,5.

aliquantum itineris: V 10,2 *u.* **c)** progredi; ¶ quantumcumque it.: 3,102,1 *u.* **b)** efficere.

e) abl.; α): illi itinere totius noctis confecti subsequi non poterant: 2,39,6; ¶ haec spectans, . . . in itinere ut aliquam occasionem dimicandi nancisceretur et insolitum ad laborem Pompei exercitum cotidianis itineribus defatigaret: 3,85,2; ¶ ut . . . tantum in agris uastandis incendiisque faciendis hostibus noceretur, quantum labore atque itinere legionarii milites efficere poterant: V 19,3; ¶ **(**si in ⟨*add. b*[1]⟩ itinere impeditos ⟨et *add. V.*⟩ perterritos deprehendere posset: 3,75,3.**)**

β): expedito itinere: 3,**(**30,4;**)** 75,3 *u.* **a) β)**; ¶ Dyrrachio timens diurnis eo ⟨*c*⟩ nocturnisque itineribus contendit: 3,13,1; I 38,7 *u. infra* magnis itin.; ¶ Vercingetorix . . . magnis itineribus antecessit: VII 35,6; — ipse in Italiam magnis itineribus contendit: I 10,3; re frumentaria quam celerrime potuit comparata magnis itineribus ad Ariouistum contendit. cum tridui uiam processisset: I 37,5; huc Caesar magnis nocturnis diurnisque itineribus contendit: I 38,7; Fabius . . . adhibita celeritate praesidium ex saltu deiecit magnisque itineribus ad exercitum Afranii contendit: 1,37,3; Pompeius . . . magnis itineribus ad Antonium contendit: 3,30,4; — cum se magnis itineribus extenderet et praegressos consequi cuperet: 3,77,3; — eodem die . . . in Senones ⟨*c*⟩ proficiscitur magnisque itineribus eo peruenit: VI 3,6; Corfinium magnis itineribus peruenit: 1,15,6; — ipse cum ⟨*c*⟩ DC equitibus magnis itineribus progreditur ⟨praegr. *Ohl*⟩: 2,19,1; — uenit

magnis itineribus in Neruiorum fines: V 48, 2; ¶ re noua perturbatus maioribus itineribus Apolloniam petere coepit: 3, 11, 2; ¶ maturat . . . proficisci et quam maximis potest itineribus in Galliam ulteriorem contendit et ad Genauam peruenit: I 7, 1; suis inopinantibus quam maximis potest itineribus Viennam peruenit: VII 9, 3; ¶ Vercingetorix minoribus Caesarem itineribus ⟨itin. caes. β⟩ subsequitur: VII 16, 1; quantumcumque itineris equitatu efficere poterat, cotidie progrediebatur legionemque unam minoribus itineribus subsequi iussit: 3, 102, 1; ¶ nocturnis itin. *u.* diurnis; ¶ hunc cum obliquo itinere caetrati peterent: 1, 70, 5.

γ): (eo itinere sese auertit: 3, 21, 5 *u.* **f)** *α*);) ¶ Caesar legiones equitatumque reuocari atque in ⟨*om.* β⟩ itinere resistere ⟨desistere β⟩ iubet: V 11, 1; ¶ intercludere *u.* **intercludo** *p. 206* β) *(3 loc.)*; ¶ ne (Sequani) ⟨in *add. af*⟩ itinere Heluetios prohibeant: I 9, 4; ibi Ceutrones et Graioceli et Caturiges locis superioribus occupatis itinere exercitum prohibere conantur: I 10, 4; ut . . . praesidiis . . in angustiis conlocatis exercitum ⟨in *add. h*[1]⟩ itinere prohiberent (Afranius et Petreius): 1, 65, 4.

f) c. praep.; *α*) ab: consilio destitit atque ab ⟨*ego add.; om. codd. et edd.*⟩ eo itinere sese auertit: 3, 21, 5; sed Caesarem Apollonia ⟨-iam *a*⟩ a derecto itinere auerterat ⟨aduert. *h*; — Caesar Apolloniam recto itinere diuerterat *uel* Caesar ab Apollonia rectum iter auerterat *Ciacc.*⟩: 3, 79, 2; ¶ quas (legiones) ab itinere Asiae Syriaeque ad suam potentiam dominatumque conuerterat: 1, 4, 5.

β) ad: milium VI ad iter addito circuitu ⟨*u. CC*⟩: 1, 64, 8; ¶ sine iumentis impedimentisque † ad iter ⟨ab Ilerda *Paul*⟩ profectos uidebant: 1, 69, 2; ¶ quo essent ad iter ⟨*Manut.*; id *codd. et edd.*; ad id *del. Kraff.*⟩ expeditiores, . . . iumenta interfici iubent: 1, 81, 6.

γ) **ex itinere** *u.* **ex** *p. 1175 sq.* **B. a)** *(8 (9) loc.)*.

δ) **in itinere** *u.* **in** *p. 130 (21 (23) loc.)*; — esse in itinere *u.* **in** *p. 134 (3 loc.)*

B. = ἡ ὁδός; **a) subi.; *α*)**: erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, uix qua singuli carri ducerentur . . .; alterum ⟨iter *add. AQ*⟩ per prouinciam nostram, multo facilius atque expeditius: I 6, 1. 2; qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat, cum his quinque legionibus ire contendit: I 10, 3; erat unum iter ⟨consilium *Ciacc.*⟩, Ilerdam si reuerti uellent, alterum, si Tarraconem peterent: 1, 73, 2; ¶ a milibus passuum V itinera difficilia atque angusta excipiebant: 1, 65, 3; ¶ aditus autem atque itinera duo, quae extra murum ad portum ferebant, maximis defixis trabibus . . . praesaepit: 1, 27, 4; ¶ nam quae ⟨*l*; namque *Oafh*⟩ itinera ad Hiberum atque Octogesam pertinebant, castris hostium oppositis tenebantur: 1, 68, 1.

β): Caesar exploratis regionibus . . . copias castris educit magnoque circuitu nullo certo itinere exercitum ducit ⟨*Ald.*; educit *codd.*⟩: 1, 68, 1; ut altissimis fluminibus atque impeditissimis itineribus ⟨ripis *f*⟩ nullum acciperet incommodum: 3, 77, 2; siluae incertis occultisque ⟨occultatisque β⟩ itineribus ⟨in itineribus β⟩ confertos ⟨confertis *BM*⟩ adire prohibebant: VI 34, 4.

b) obi.: Labienum . . . cum . . . his ⟨*c*⟩ ducibus, qui iter cognouerant, summum iugum montis ascendere iubet: I 21, 2; ¶ pedestria esse itinera concisa aestuariis . . . sciebant: III 9, 4; ¶ ut exploratis itineribus minore cum ⟨*c*⟩ periculo uallem riuumque transiret: V 50, 3; ¶ itinere exquisito per Diuiciacum . . ., ut milium amplius quinquaginta circuitu locis apertis exercitum duceret, . . . profectus est: I 41, 4; ¶ sibi esse in animo . . . iter per prouinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum: I 7, 3; Pompeius per Candauiam iter in Macedoniam expeditum habebat: 3, 79, 2; ¶ intercludere *u.* **intercludo** *p. 205 sq. (3 loc.)*; ¶ Labienus . . . cratibus atque aggere paludem explere atque iter munire conabatur: VII 58, 1; ¶ circumfundi noctu equitatum Caesaris atque omnia loca atque itinera obsidere ⟨-eri *O*⟩: 1, 67, 3; ¶ causa mittendi fuit, quod iter per Alpes . . . patefieri uolebat: III 1, 2; ¶ Caesar praecepto ⟨*Oud.*; praefecto occupato *x*; praeoccupato *Ald. nep.*; *edd.*; profectus occupato *Ach. Stat.*; profectionis occup. *Hot.*⟩ itinere ad Dyrrachium finem properandi facit: 3, 13, 5; ¶ praesaepire: 1, 27, 4 *u.* **a) *α*)** ferre; ¶ haec (fama) itinera infesta reddiderat: 3, 79, 4; ¶ tenere: 1, 68, 1 *u.* **a) *α*)** pertinere.

c) genet.: non se hostem uereri, sed angustias itineris et ⟨*c*⟩ magnitudinem siluarum . . . timere dicebant: I 39, 6; qui suum timorem in rei frumentariae simulationem ⟨*CC*⟩ angustiasque itineris ⟨itinerum *B*[2]*(h?)*⟩ confer-

rent ⟨c⟩, facere arroganter: I 40, 10; pontis atque itinerum angustiae multitudini ⟨c⟩ fugam intercluserant: VII 11, 8; ¶ (itinerum dux: VI 17, 1 *u.* **A. d)** dux;) ¶ siluae . . . latitudo nouem dierum iter expedito patet; non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum nouerunt: VI 25, 1; ¶ V milia passuum proxima intercedere ⟨intercidere *Ox*⟩ itineris campestris, inde excipere loca aspera et montuosa: 1, 66, 4; ¶ quicquid huc ⟨c⟩ circuitus ⟨c⟩ ad molliendum cliuum accesserat, id spatium itineris augebat ⟨spatio itineris augebatur β⟩: VII 46, 2; neque uero idem profici longo itineris ⟨*an addend.* interiecto?⟩ spatio, cum per alios condiciones ferantur, ac si coram de omnibus condicionibus disceptetur: 1, 24, 6.

d) abl.; α): haec insula . . . in mare iactis molibus angusto itinere ut ⟨*Kraff.*; et *codd. et edd.*; angusto it. et ponte *del. Schambach*⟩ ponte cum oppido coniungitur: 3, 112, 2.

β): magno circuitu difficili angustoque ⟨et angusto *N*⟩ itinere Dyrrachium profectus est: 3, 41, 3; quod angusto itinere per aggeres (equitatus) ascendebat ⟨ascenderat *Ciacc.*⟩: 3, 69, 2; ¶ breuiore itinere *u.* **breuis** *p. 424* **1. a)** *(3 loc.)*; ¶ (nullo certo itinere: 1, 68, 1 *u.* **a) β)**;) ¶ (commodissimo it.: V 49, 8 *u.* quo itinere;) Caesar . . . IIII secum legiones duxit commodioreque itinere Pompeianis occurrere coepit: 3, 97, 3; ¶ abest derecto itinere ab Vtica paulo amplius passus mille: 2, 24, 4; ¶ difficili it.: 3, 41, 3 *u.* angusto it.; ¶ ut incertis temporibus diuersisque itineribus iretur: VII 16, 3; quod diuerso ab ea regione itinere profectum uidebat: 3, 41, 4; ipse diuerso itinere quam potuit occultissime reliquas cohortes . . . eduxit: 3, 67, 3; ¶ reliquas (legiones) de quarta uigilia compluribus portis eductas eodem itinere praemisit: 3, 75, 2; I 21, 3; III 3, 3; VII 58, 2 *u.* **idem** *p. 24 extr.*; ¶ expedito itinere: 3, (30, 4;) 75, 3 *u.* **A. a) β)**; ¶ incertis itineribus per siluas ad T. Labienum legatum in hiberna perueniunt: V 37, 7; ¶ *deuectis iis cohortibus . . . et longiore itinere circumductis . . . peruenerunt: III 26, 2; et longo itinere ab his circumducti ad portum perueniunt: 1, 28, 4; ¶ reuocantur notisque ⟨noctisque *Nx*⟩ itineribus ad naues decurrunt: 1, 28, 3; ¶ (nullo certo itinere: 1, 68, 1 *u.* **a) β)**;) ¶ ut neque pedestri itinere neque nauibus commeatu iuuari possint: 2, 32, 12; ¶ quibus accidit rebus, ut pluribus dimissi ⟨*Steph.*; dimissis *codd.*; *Ciacc.*⟩ itineribus ⟨*del. Ciacc.*⟩ a Caesare ad Domitium et a Domitio ad Caesarem nulla ratione iter conficere possent: 3, 79, 5; ¶ erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: I 6, 1; iter per Alpes, quo magno cum periculo magnisque cum ⟨c⟩ portoriis mercatores ire consuerant, patefieri uolebat: III 1, 2; explorat, quo commodissime ⟨commodissimo β⟩ itinere uallem ⟨β; *Np.*, *Schn.*; ualles α; *rell. edd.*⟩ transire ⟨*X*; *Np.*, *Schn.*; transiri *rell. edd.*⟩ possit ⟨c⟩: V 49, 8; — eodem itinere, quo (isdem itineribus, quibus) *u.* **idem** *p. 24 extr. (3 loc.)*; ¶ exeunt rectoque ad Hiberum itinere contendunt: 1, 69, 4.

γ): abest derecto itinere ab Vtica paulo amplius passus mille. sed hoc itinere est fons, quo ⟨*1 det.*; quod *Ox*⟩ mare succedit longius: 2, 24, 4; ¶ medio fere itinere equites a Fabio missi quanto res in periculo fuerit exponunt: VII 41, 2; ¶ item reliquis itineribus non nullae cohortes in agmen Caesaris . . . incidunt: 1, 24, 4.

δ): itinere intercludere *u.* **intercludo** *p. 206* **β)** *(3 loc.)*.

e) c. praep.: a derecto itinere auertere: 3, 79, 2 *u.* **A. f) α)**; ¶ de itinere ipsos breui tempore iudicaturos: I 40, 11; ¶ quorum (equitum) nulli ex itinere excedere licebat, quin . . . exciperetur: 1, 79, 5; ¶ (incertis occultatisque in itineribus: VI 34, 4 *u.* **a) β)**.)

Viarum atque itinerum: VI 17, 1; — **iter Asiae Syriaeque:** 1, 4, 5.

Adiect.: aliud: I 7, 3; alterum: I 6, 2; 1, 73, 2; angustum (-a) *u. Vol. I p. 261 sq. (5 loc.)*; breuius *ib. p. 424 (3 loc.)*; campestre: 1, 66, 4; certum: 1, 68, 1; commodius, ⟨-issimum⟩: 3, 97, 3; ⟨V 49, 8;⟩ cotidiana: 3, 85, 2; derectum: 2, 24, 4; 3, 79, 2; difficile (-ia): I 6, 1; 1, 65, 3; 3, 41, 3; diuersum (-a): VII 16, 3; 1, 69, 1; 3, 41, 4; 67, 3; diurnum (-a): I 38, 7; VII 9, 4; 56, 3; 3, 13, 1; duo: I 6, 1; 1, 27, 4; expeditum: 3, ⟨30, 4;⟩ 75, 3; 79, 2; expeditius: I 6, 2; facilius: I 6, 2; impeditissima: 3, 77, 2; incerta: V 37, 7; VI 34, 4; infesta: 3, 79, 4; iustum: 1, 23, 5; 3, 76, 1; longum: 1, 28, 4; 3, 2, 3; longius: III 26, 2; 3, 30, 4; magnum (-a): II 12, 1; VII 56, 3; *u. praeterea* **A. e) β)** *(11 loc.)*; maiora: 3, 11, 2; maxima: I 7, 1; VII 9, 3; medium VII 41, 2; 1, 59, 3; minora: VII 16, 1; 3, 102, 1; nocturnum (-a): I 38, 7; VII 9, 4; 56, 3; 3, 13, 1; 96, 4; nostrum (-a): II 17, 2; V 19, 1; nota: 1, 28, 3; nullum: I 7, 3; 1, 68, 1; obliquum: 1, 70, 5; occulta: VI 34, 4; omne (-ia): IV 4, 5; VII 65, 4; 1, 67, 3; 72, 5; 2, 20, 7; pedestre (-ia): III 9, 4; 2, 32, 12; plura: 3, 79,

5; proximum: I 10, 3; rectum: 1, 69, 4; reliqua: 1, 24, 4; simile: 3, 13, 2; superiora: 1, 51, 2; tutum: V 27, 10; unum: I 6, 1; 1, 73, 2.

iterum: (cum ex alto se aestus incitauisset, quod bis ⟨iterum *Frig.*⟩ accidit ⟨*c*⟩ semper horarum XII spatio: III 12, 1;) ¶ uti aut iterum conloquio diem constitueret aut: I 47, 1; ¶ cum his Haeduos eorumque clientes semel atque iterum armis contendisse: I 31, 6; ¶ demonstrauimus L. Vibullium Rufum . . . bis in potestatem peruenisse Caesaris atque ab eo esse dimissum, semel ad Corfinium, iterum in Hispania: 3, 10, 1; ¶ si iterum experiri uelint ⟨*c*⟩, se iterum paratum esse decertare: I 44, 4; ¶ his responsis ad Caesarem relatis ⟨*c*⟩ iterum ad eum Caesar legatos cum his mandatis mittit: I 35, 1.

(**Itfiuius:** M. † itfiuium ⟨*Med.;* Titinium *Wsbg.;* Orfium *Vict.;* Furium *Crat.;* Rufum *Crat. margo;* Fuluium *Lahmeyer*⟩, quem mihi commendas, uel regem Galliae faciam uel hunc Leptae delegabo ⟨*u. CC*⟩: *ap. Cic. ep. ad fam.* VII 5, 2.)

(**itidem:** ueteranae legionis milites item ⟨*Of;* idem *Nahl;* itidem *Heins.*⟩ conflictati et tempestatis et sentinae uitiis neque ex pristina uirtute remittendum aliquid putauerunt et ⟨*c*⟩: 3, 28, 5.)

Itius (portus). *Cf. Jähns p. 366; praeterea Eccardus, Io. Ge., Diss. de portu Iccio (in Miscell. Lips. VIII (1718) p. 255 sqq.; Morel de Campenelle, Recherches sur le Port Itius (in Travaux de la soc. royale d'émulation d'Abbeville 1828;) de Charnacé, Notice sur portus Itius (in Comptes rendus de l'acad. des inscript. et belles-lettres. T. IV 1860 p. 61—63;) v. Göler, Cäsars Gall. Krieg i. J. 51 v. Chr. 1860 p. IV—VI (I² 128 sqq.); Haigneré, D., Étude sur le portus Itius. Arras 1862; Robitaille, Frç. Jos., Étude comparée des recherches de M. de Saulcy et M. Haigneré sur le portus Itius. Arras 1863; Courtois, A., Est-ce Boulogne ou Wissant qui répond le mieux à la situation du portus Itius. St. Omer 1865; Napoléon III, VII, VIII. (1865); Heller, Philol. 26 (1867) p. 671—73; Desjardin, E., Géogr. de la Gaule romaine. I. (1876) p. 348 sqq.; Wauters, A. Wissant, l'ancien portus Iccius (in Athenaeum belge II 1879.) Rud. Schneider, Pr. Berlin, Königstädt. Gymn. 1888.*

omnes ad portum Itium conuenire iubet, quo ex portu commodissimum in Britanniam traiectum ⟨*CC*⟩ esse cognouerat, circiter milium passuum XXX [transmissum] a continenti: V 2, 3; his rebus constitutis Caesar ad portum Itium cum legionibus peruenit. ibi cognoscit: V 5, 1. *Cf. qu. sqq. et* IV 22, 4; 23, 1; 28, 1.)

iuba: tanta erat horum (peditum) exercitatione celeritas ⟨*c*⟩, ut iubis subleuati equorum ⟨*ego;* equorum subleuati *X; edd.*⟩ cursum adaequarent: I 48, 7.

Iuba: refertur etiam de rege Iuba, ut socius sit atque amicus; Marcellus *consul passurum in praesentia negat: 1, 6, 4; subsidio DC equites Numidae ex oppido (Vtica) peditesque CCCC mittuntur a Varo, quos auxilii causa rex Iuba paucis diebus ante Vticam miserat. huic et paternum hospitium cum Pompeio et simultas cum Curione intercedebat, quod tribunus plebis legem promulgauerat, qua lege regnum Iubae publicauerat: 2, 25, 3. 4; haec cum agerentur, nuntii praemissi ab rege Iuba ⟨iuua *h*⟩ uenerunt, qui illum adesse cum magnis copiis dicerent: 2, 36, 3; *cf.* 37, 2. 3; audit Iubam reuocatum finitimo bello et controuersiis Leptitanorum restitisse in regno, Saburram, eius praefectum, cum mediocribus copiis missum Vticae adpropinquare: 2, 38, 1; *cf.* 38, 3 *et* 39, 3; Iuba certior factus a Saburra de nocturno proelio II milia Hispanorum et Gallorum equitum, quos suae custodiae causa circum se habere consuerat, et peditum eam partem, cui maxime confidebat, Saburrae summittit ⟨*c*⟩. ipse cum reliquis copiis elephantisque LX lentius subsequitur: 2, 40, 1. 2; *cf.* 41, 7; tantus fuit omnium terror, ut alii adesse copias Iubae dicerent, alii cum legionibus instare Varum iamque se puluerem uenientium cernere: 2, 43, 2; quarum ⟨*c*⟩ cohortium ⟨*c*⟩ milites ⟨*c*⟩ postero die ante oppidum Iuba conspicatus suam esse praedicans praedam magnam partem eorum interfici iussit, paucos electos in regnum remisit ⟨praemisit *Hartz*⟩, cum Varus suam fidem ab eo laedi quereretur neque resistere auderet. ipse equo in oppidum uectus . . . paucis [diebus] quae fieri uellet Vticae constituit atque imperauit diebusque ⟨*c*⟩ post paucis se in regnum cum omnibus copiis recepit: 2, 44, 2. 3.

(**iubar:** Plinius ait inter cetera etiam istud C. Caesarem dedisse praeceptum, quod neutra nomina ar nominatiuo clausa per i datiuum ablatiuumque singulares ostendant; iubar tamen ab hac regula dissidere. nam ut huic iubari dicimus, ab hoc iubare dicendum est: *Charis. art. gramm. I p. 133 Keil.*)

iubeo. **A. forma actiua; a) sequitur obiect.:** (qui (principes Britanniae) post proelium ⟨factum *add.* β⟩ ad Caesarem ⟨ea quae

iusserat caesar facienda β⟩ conuenerant: IV 30,1;) *cf.* **B. a)**.

b) sequuntur acc. c. inf.; α) singuli; αα) act.; **a)**: trium mensum ⟨*c*⟩ molita cibaria sibi quemque domo efferre iubent (Heluetii): I 5,3; satis esse causae arbitrabatur, quare in eum aut ipse animaduerteret aut ciuitatem animaduertere iuberet: I 19,1; (Caesar Diuiciacum) hortatur, ut . . . uel ipse de eo causa cognita statuat uel ciuitatem statuere iubeat: I 19,5; de tertia uigilia T. Labienum . . . summum iugum montis ascendere iubet ⟨iubet asc. *af*⟩: I 21,2; qui, cum . . . eos in eo loco, quo tum essent, suum aduentum exspectare iussisset, paruerunt: I 27,2; Heluetios, Tulingos, Latouicos ⟨*c*⟩ in fines suos, unde erant profecti, reuerti iussit et . . . Allobrogibus imperauit, ut iis ⟨*c*⟩ frumenti copiam facerent; ipsos oppida uicosque, quos incenderant, restituere iussit: I 28,3; quod Ariouistus . . . nunc de altera parte tertia Sequanos decedere iuberet: I 31,10; Labienum legatum cum legionibus tribus subsequi iussit: II 11,3; quos Caesar . . . conseruauit suisque finibus atque oppidis uti iussit et finitimis imperauit, ut: II 28,3; quas legationes Caesar . . . inita ⟨*c*⟩ proxima ⟨*c*⟩ aestate ⟨*c*⟩ ad se reuerti iussit: II 35,2; P. Crassum . . . in Aquitaniam proficisci iubet, ne: III 11,3; D. Brutum . . . Gallicis . . nauibus, quas ex . . . pacatis regionibus conuenire iusserat, praeficit ⟨*c*⟩ et, cum primum posset, in Venetos proficisci iubet: III 11,5; quos . . . retineri iussit; ipse omnes copias castris eduxit equitatumque . . . agmen subsequi iussit: IV 13,6; Sulpicium Rufum legatum cum eo praesidio, quod satis esse arbitrabatur, portum tenere iussit: IV 22,6; interea suos remigrare in agros ⟨in agr. rem. β⟩ iusserunt (hostes): IV 27,7; ciuitatibus milites imperat certumque in locum conuenire iubet: V 1,6; omnes ad portum Itium conuenire iubet: V 2,3; Indutiomarum ad se cum ducentis obsidibus uenire iussit: V 4,1; Caesar praemisso equitatu confestim legiones subsequi iussit: V 18,4; quartam (legionem) in Remis cum T. Labieno in confinio Treuerorum hiemare iussit: V 24,2; peditatumque sese ⟨se *A*β; *om. Np.*⟩ subsequi ⟨sequi *A*⟩ iubet (Ambiorix): V 38,1; cum is (Caesar) omnem ad se ⟨ad se omnem β⟩ senatum uenire iussisset, dicto audientes non fuerunt: V 54,3; cognito eius aduentu Acco . . . iubet in oppida multitudinem conuenire: VI 4,1; Cauarinum cum equitatu Senonum secum proficisci iubet, ne: VI 5,2; duasque ad eum legiones ⟨*AQ*β; leg. ad eum *BM; Np., Fr., Db.*, *Dt.*[1]⟩ proficisci iubet: VI 5,6; (Ambiorix) dimissis . . . nuntiis sibi quemque consulere iussit: VI 31,2; Labienum . . . in eas partes, quae Menapios attingunt, proficisci iubet: VI 33,1; duas legiones in armis excubare iubet: VII 11,6; quas (legiones) expeditas esse iusserat: VII 11,8; suosque ⟨suos quoque β; *Schn.*⟩ languidius in opere uersari iussit et quid fieri uellet ostendit: VII 27,1; Conuictolitauem, qui per sacerdotes . . . esset creatus, potestatem obtinere iussit: VII 33,4; principesque earum ciuitatium ⟨*c*⟩ (Vercingetorix) . . . prima luce cotidie ⟨*c*⟩ ad se conuenire iubebat ⟨iub. conu. β⟩: VII 36,3; longo circuitu easdem omnes iubet petere regiones: VII 45,3; imperat (Vercingetorix) . . . obsides . . .; omnes equites, XV milia numero, celeriter conuenire iubet: VII 64,1; 64,5 *u.* ββ) **a)**; Caesar suum quoque equitatum tripertito diuisum contra hostem ire iubet: VII 67,2; dierum XXX pabulum frumentumque habere omnes ⟨omn. hab. β⟩ conuectum iubet: VII 74,2; quibus ille pro meritis ⟨pro quib. mer. β⟩ ciuitatem eius immunem esse iusserat: VII 76,1; militesque ex nocturno labore sese reficere iussit (Vercassiuellaunus): VII 83,7; turmis equitum et cohortibus uisis, quas se sequi iusserat: VII 88,1; Labienum cum duabus ⟨*c*⟩ legionibus . . . in Sequanos proficisci iubet: VII 90,4; reliquas legiones ex hibernis euocat et subsequi iubet: 1,8,1; gladiatores . . . *spe* libertatis ⟨*c*⟩ confirmat . . . et se sequi iussit (Lentulus): 1,14,4; milites Domitianos sacramentum apud se dicere iubet: 1,23,5; (Pompeius) milites silentio naues conscendere iubet: 1,27,5; eundem, cum Siciliam recepisset, protinus in Africam traducere exercitum iubet: 1,30,2; C. Fabium . . . praemittit celeriterque saltus Pyrenaeos occupari ⟨occupare *Paul*⟩ iubet: 1,37,1; reliquas legiones, quae longius hiemabant, subsequi iubet: 1,37,2; hunc ⟨*c*⟩ (montem) magno cursu (caetratos) concitatos (Afranius) iubet occupare, eo consilio, uti: 1,70,4; relinquebatur ⟨*c*⟩, ut . . . legionum signa consistere iuberent: 1,79,4; Caesar . . . equitatum omnem conuenire iubet: 1,82,2; (Curio) equites sequi iubet sese iterque accelerat: 2,39,6; nauesque triremes duas . . . ad fauces portus prodire iussit (Antonius): 3,24,1; Cn. Domitium Caluinum cum legionibus duabus . . . in Macedoniam proficisci iussit ⟨iubet *O*⟩: 3,34,3; equitatumque . . . confestim decumana porta in castra se recipere iussit: 3,76,1; alteram (legionem) alteri praesidio esse iusserat: 3,89,1; eodem tempore tertiam aciem Caesar . . . procurrere ⟨*edd. pr.;*

praecucurrere *x;* praecurrere *O*⟩ iussit: 3, 94, 1; Caesar copias suas diuisit partemque legionum in castris Pompei remanere iussit: 3, 97, 3; Caesar . . . progrediebatur legionemque unam minoribus itineribus subsequi iussit: 3, 102, 1; amici regis . . . palam liberaliter responderunt eumque ad regem uenire iusserunt: 3, 104, 1; Caesar . . . cum legione una, quam se ex Thessalia sequi iusserat, et altera, quam ex Achaia . . . euocauerat, . . . Alexandriam peruenit: 3, 106, 1; milites tamen omnes in armis esse iussit ⟨iuss. esse *h*⟩ regemque hortatus est, ut: 3, 109, 3.

𝔟): huc n a u e s undique ex finitimis regionibus e t quam superiore aestate ad Veneticum bellum effecerat ⟨*c*⟩ c l a s s e m iubet c o n u e n i r e: IV 21, 4; milites equitesque conscendere ⟨*c*⟩ naues iubet: V 7, 4; his militibus Q. Titurium Sabinum et L. Aurunculeium Cottam legatos praeesse ⟨esse β⟩ iussit: V 24, 5; Sabinus quos in praesentia tribunos militum circum se habebat et primorum ordinum centuriones se sequi iubet et . . . iussus arma abicere imperatum facit suisque ut idem faciant imperat: V 37, 1; partem copiarum ex prouincia supplementumque, quod ex Italia adduxerat, in Heluios . . . conuenire iubet: VII 7, 5; 88, 1 *u.* **𝔞)**; eo legiones XII, ⟨et *add. Cellarius*⟩ equitatum omnem uenire iusserat: 3, 2, 1; superius . . institutum . . . seruabat, ut . . . adulescentes atque expeditos ex antesignanis . . . inter equites proeliari iuberet ⟨iubet *af*⟩: 3, 84, 3.

𝔠): centurionibusque nominatim appellatis reliquos cohortatus m i l i t e s ⟨*del. Eussn.*⟩ signa i n f e r r e et manipulos l a x a r e iussit: II 25, 2; equitesque in ulteriorem portum progredi et naues conscendere et se sequi iussit: IV 23, 1; L. Plancum cum legione . . . celeriter in Carnutes proficisci iubet ibique hiemare, quorumque opera cognouerit ⟨β; *Schn.*, *Frig.*, *Db.;* cognouerat α; *rell. edd.*⟩ Tasgetium interfectum, hos comprehensos ad se mittere: V 25, 4; iubet media nocte legionem proficisci celeriterque ad se uenire: V 46, 2; Caesar consulto equites cedere seque in castra recipere iubet; simul . . .: V 50, 5; simul ab Cn. Pompeio proconsule petit . . ., quos ex Cisalpina Gallia *consul sacramento rogauisset, ad signa conuenire et ad se proficisci iuberet: VI 1, 2; unius legionis antesignanos procurrere atque eum tumulum occupare iubet: 1, 43, 3; Curio . . . proximos colles capere uniuersos atque eo signa inferri ⟨ferre *Paul*⟩ iubet: 2, 42, 1; L. Torquatus . . ., cum Graecos murum ascendere atque arma capere iuberet ⟨iussisset *b;* iubet *O*⟩, illi autem se . . . pugnaturos negarent, . . . portas aperuit: 3, 11, 3. 4; tegimenta galeis milites ex uiminibus facere atque aggerem iubet comportare: 3, 62, 1; Caesar prima luce omnes eos, qui in monte consederant, . . . in planitiem descendere atque arma proicere iussit. quod ubi . . . fecerunt, . . . consurgere iussit: 3, 98, 1. (2.)

𝔡): E p o r e d o r i g e m et V i r i d o m a r u m . . . inter equites u e r s a r i suosque a p p e l l a r e ⟨-ari β⟩ iubet: VII 40, 5.

ββ) pass.; 𝔞): prouinciae toti quam maximum potest militum numerum imperat . . .; p o n t e m, qui erat ad Genauam ⟨*c*⟩, iubet r e s c i n d i: I 7, 2; Diuiciacum ad se uocari iubet: I 19, 3; castra . . . pedum XII uallo fossaque duodeuiginti pedum muniri ⟨*A; Fr.;* munire *BMQ*β; *rell. edd.*⟩ iubet: II 5, 6; cum dies . . . transissent frumentumque ⟨et frumentum β⟩ eo comportari (Galba) iussisset: III 2, 1; (Sabinus) subito duabus portis eruptionem fieri iubet: III 19, 2; quos sibi Caesar oblatos gauisus ⟨*c*⟩ illos ⟨illico *Paul*⟩ retineri iussit; ipse . . . equitatum . . . subsequi iussit: IV 13, 6; quibus . . . liberaliter respondet ⟨*c*⟩ obsidesque ad se adduci iubet: IV 18, 3; quae ad eas res erant usui ex ⟨*c*⟩ continenti comportari ⟨comparari β⟩ iubebat: IV 31, 2; numerum obsidum . . . duplicauit eosque in continentem adduci iussit: IV 36, 2; ea, quae sunt usui ⟨*c*⟩ ad armandas naues, ex Hispania adportari iubet: V 1, 4; Caesar obsides imperat eosque ad certam diem adduci iubet: V 1, 8; ex legionibus fabros deligit ⟨deligi β⟩ et ex continenti alios arcessi ⟨accersi *Q;* accersiri *uel* arcessiri β⟩ iubet: V 11, 3; (Labienus) quid sui sit consilii proponit et . . . maiore strepitu et tumultu, quam populi Romani fert consuetudo, castra moueri iubet: VI 7, 8; (Vercingetorix) omnibus his ciuitatibus obsides imperat, certum numerum militum ad se celeriter adduci iubet ⟨β; iussit α; *Fr.*, *Db.*⟩, . . . constituit: VII 4, 7; Caesar ex castris equitatum educi iubet, proelium ⟨proeliumque β⟩ equestre committit ⟨committi *Hotom.*⟩: VII 13, 1; fratres Litauicci cum comprehendi iussisset ⟨iussit set *B*[1]⟩, repperit . . . fugisse ⟨*c*⟩: VII 40, 3; 58, 6 *u.* **β) ββ)**; (Labienus) eum locum petit, quo naues adpelli iusserat: VII 60, 4; his (Vercingetorix) praeficit fratrem Eporedorigis bellumque inferri ⟨-re β⟩ Allobrogibus iubet: VII 64, 5; paulum legiones Caesar, quas pro uallo constituerat, promoueri iubet: VII 70, 5; Vercingetorix iubet portas ⟨port. iub. β⟩ claudi, ne: VII 70, 7; (Vercingetorix) frumentum omne ad se referri iubet, . . . constituit: VII 71, 6; (80, 1 *u.* **β) ββ)**;) doluisse se, quod . . . in ur-

bem retraheretur, cuius absentis rationem haberi proximis comitiis populus iussisset: 1, 9, 2; (Pompeius) copias undique omnes ex nouis dilectibus ad se cogi iubet: 1, 24, 2; 37, 1 *u.* αα) a); pons . . . paene erat refectus; hunc noctu ⟨*c*⟩ perfici iussit: 1, 41, 1; castra . . . uallo muniri uetuit, . . . sed a fronte [castra] contra hostem pedum XV fossam fieri iussit: 1, 41, 4; fossasque ad eandem magnitudinem perfici iubet: 1, 42, 1; infirmiores milites ex omnibus centuriis deligi iubet: 1, 64, 5; illi . . . omnia sarcinaria iumenta interfici iubent: 1, 81, 6; quarum ⟨*c*⟩ cohortium ⟨*c*⟩ milites ⟨*c*⟩ . . . Iuba conspicatus suam esse praedicans praedam magnam partem eorum interfici iussit: 2, 44, 2; cum prope Dyrrachium Pompeius constitisset castraque metari iussisset: 3, 13, 3; Ephesi a fano Dianae depositas antiquitus pecunias Scipio tolli iubebat: 3, 33, 1; (Scipio) M. Fauonium . . . reliquit castellumque ibi muniri iussit: 3, 36, 3; quod esset frumenti conquiri iussit: 3, 42, 4; his rebus confectis ⟨*c*⟩ legionem ⟨*Faern.;* legiones *codd.*⟩ reduci iussit: 3, 46, 2; castra ⟨*c*⟩ secundum mare iuxta Pompeium muniri ⟨*ego;* munire *codd.; edd.; u. CC*⟩ iussit: 3, 65, 4; Labienus ⟨*c*⟩ cum ab eo (Pompeio) impetrauisset, ut sibi captiuos tradi iuberet, omnes . . . interfecit: 3, 71, 4; legiones sibi alias ex Asia adduci iussit: 3, 107, 1.

b): s c a p h a s longarum nauium, i t e m s p e c u l a t o r i a n a u i g i a militibus c o m p l e r i iussit: IV 26, 4; portas murosque adseruari iubet: 1, 21, 2; Caesar . . . omnes senatores senatorumque liberos, tribunos militum equitesque Romanos ad se produci iubet: 1, 23, 1; reliquas cohortes, quas in superioribus castris reliquerat, impedimentaque ad se traduci iubet: 1, 42, 5; C. Trebonius . . . euocat; uimina materiamque comportari iubet: 2, 1, 4; pecunias monimentaque . . . referri in templum iubet: 2, 21, 3.

c): s a g i t t a r i o s q u e omnes . . . c o n q u i r i e t ad se m i t t i iubet (Vercingetorix): VII 31, 4; toto flumine Hibero naues conquiri et Octogesam ⟨conquiri et Oct. *ego;* conquirere totogesma *Nz;* conquirere et Octogesam *O; edd.*⟩ adduci iubent: 1, 61, 4; Caesar, qui milites aduersariorum ⟨mil. adu. qui *O¹hl*⟩ in castra . . . uenerant, summa diligentia conquiri et remitti iubet: 1, 77, 1; uti ad Pompeium litteras mitteret, naues reliquas, si uellet, subduci et refici iuberet: 3, 23, 3; quos ille (Achillas) . . . corripi atque interfici iussit: 3, 109, 5.

γγ) act. et pass.: Caesar legiones equitatumque reuocari ⟨reuocare *A*⟩ atque in ⟨*om.* β⟩ itinere resistere ⟨desistere β⟩ iubet: V 11, 1; celeriterque (Vercingetorix) impedimenta ex ⟨*c*⟩ castris educi et se subsequi iussit: VII 68, 1; (naues conquirere et . . adduci: 1, 61, 4 *u.* ββ) c).)

β) plures; αα) act.: primam et secundam aciem in armis esse ⟨sese tenere β⟩, tertiam castra munire ⟨-ri *A*⟩ iussit: I 49, 2; nihilo setius Caesar . . . duas acies hostem propulsare, tertiam opus perficere iussit: I 49, 4; equitum partem se ⟨β; *om.* α⟩ sequi, partem circumire exteriores munitiones et ab tergo hostes adoriri iubet: VII 87, 4; duas legiones suas antecedere, reliquas subsequi iussit: 1, 87, 4; ex castris sibi legiones alias occurrere et eas, quas secum duxerat, in uicem requiescere atque in castra reuerti iussit: 3, 98, 3.

ββ) pass.: in summo iugo duas legiones . . . et omnia auxilia conlocari ac totum montem hominibus compleri † et interea sarcinas in unum locum conferri et eum ab iis, qui in superiore acie constiterant, muniri iussit ⟨*u. CC*⟩: I 24, 2. 3; cum castra moueri ac signa ferri iussisset, non fore dicto audientes milites: I 39, 7; naues interim longas aedificari in flumine Ligeri ⟨*c*⟩, . . . remiges ex prouincia institui ⟨instituit β⟩, nautas gubernatoresque comparari iubet: III 9, 1; naues longas . . . paulum remoueri ab onerariis nauibus et remis incitari et ad latus apertum hostium constitui atque inde fundis, sagittis, tormentis hostes propelli ac summoueri iussit: IV 25, 1; V 11, 3 *u.* α) ββ) a); equites cedere seque in castra recipere iubet; simul ex omnibus partibus castra altiore uallo muniri ⟨munire β⟩ portasque obstrui atque in his administrandis rebus quam maxime concursari et cum simulatione agi timoris iubet: V 50, 5; simul (Labienus) signa ad hostem conuerti aciemque derigi iubet: VI 8, 5; missis . . . legatis de deditione arma conferri ⟨proferri β⟩, iumenta produci, sescentos obsides dari iubet: VII 11, 2; arma conferri ⟨proferri β⟩, equos ⟨iumenta *Kellerbauer*⟩ produci, obsides dari iubet: VII 12, 3; 13, 1 *u.* α) ββ) a); Caesar celeriter sarcinas conferri, arma expediri iussit: VII 18, 4; hostes . . . Lutetiam incendi ⟨incendunt β⟩ pontesque eius oppidi rescindi iubent: VII 58, 6; si qua in parte nostri laborare . . . uidebantur, eo signa inferri ⟨ferri *Paul*⟩ Caesar ⟨caes. inf. β⟩ aciemque conuerti ⟨*a²fh;* constitui α; *edd.;* conferri *a¹?*⟩ iubebat: VII 67, 4; Caesar . . . equitatum ex castris educi ⟨educit β⟩ et proelium committi iubet: VII 80, 1; iubet arma tradi, principes produci: VII 89, 3; Caesar conquiri milites, qui ab eo discesserant, dilectumque institui iubet: 1, 16, 1; Caesar scalas

parari militesque armari iubet, ne . . . dimittat: 1, 28, 2; signum dari iubet et uasa militari ⟨militaria *codd.*⟩ more conclamari: 1, 66, 2; Caesar . . . crates . . . contra hostem proferri et aduersas locari, intra has . . . fossam tectis militibus obduci iussit locumque in omnes partes quam maxime impediri ⟨-dire a^1⟩. ipse . . . instruxit . . . . his rebus confectis ⟨*c*⟩ legionem reduci iussit: 3, 46, 1. (2;) Caesar . . . suos per Antonium . . . cohortatus tuba signum dari atque in hostes impetum fieri iussit: 3, 46, 4; Caesar castris munitis scalas musculosque ad repentinam oppugnationem fieri et crates parari iussit: 3, 80, 4; (Pompeius) suum cum Scipione honorem partitur classicumque apud eum cani et alterum illi iubet praetorium tendi: 3, 82, 1.

γγ) act. et pass.: Caesar Remos cohortatus . . . omnem senatum ad se conuenire principumque liberos obsides ad se adduci iussit: II 5, 1; sub uesperum ⟨*c*⟩ Caesar portas claudi militesque ex oppido exire iussit: II 33, 1; cohortes, quae in stationibus erant, secum in eam partem proficisci, ex reliquis duas ⟨*c*⟩ in stationem cohortes ⟨*om.* β⟩ succedere, reliquas armari et confestim sese ⟨se β⟩ subsequi iussit: IV 32, 2; (V 50, 5 *u.* ββ); VII 40, 5 *u.* **α) αα) b**);) prima luce magnum numerum impedimentorum ⟨*CC*⟩ ex castris mulorumque produci deque his ⟨*Dauis.;* neque hiis (*uel* iis) β; atque iis *Ciacc.; Fr.*⟩ stramenta detrahi ⟨mulorumque prod. . . . stramenta *om.* α⟩ mulionesque cum cassidibus . . . collibus circumuehi iubet: VII 45, 2; (60, 1 *u.* **c) α) αα**);) † hora X. subsequi pabulatores equitesque reuocari iubet ⟨*u. CC*⟩: 1, 80, 4; 2, 42, 1 *u.* **α) αα) c**).

c) sequ. infin.; α) subaudiendum est subi. ex iis, quae antecedunt; αα) act.: cum essent expositi milites circiter trecenti . . ., Morini . . . circumsteterunt ac, si sese ⟨*c*⟩ interfici nollent, arma ponere iusserunt: IV 37, 1; V 1, 6 *u. p. 377;* naues . . . singulas equitibus Rom. attribuit et prima confecta uigilia IIII milia passuum . . . silentio progredi ibique se exspectari ⟨-tare *f recte, ni fallor*⟩ iubet: VII 60, 1; 64, 5 *u. p. 380* **a**); 1, 8, 1; 14, 4; 37, 1 *u. p. 378;* ille (Curio) unum elocutus, ut memoria tenerent milites ea, quae pridie sibi ⟨*c*⟩ confirmassent, sequi sese iubet: 2, 34, 5; Caesar, cum suos . . . uulnerari uideret, recipere se iussit et loco excedere: 3, 45, 4; ut, cum Caesar signa fugientium manu prenderet et consistere iuberet, . . . signa dimitterent: 3, 69, 4; omnes eos, qui in monte consederant, . . . arma proicere iussit. quod ubi . . . fecerunt passisque palmis . . . ab eo salutem petiuerunt, consolatus consurgere iussit: 3, 98, 2.

ββ) pass.: magnam partem equitatus ad eum (Dumnorigem) insequendum mittit ⟨*c*⟩ retrahique imperat ⟨*c*⟩; si uim faciat neque pareat, interfici iubet: V 7, 7; (VII 40, 3 *u.* **b) α) ββ) a**); 1, 77, 1 *u.* **b) α) ββ) c**);) paratum se esse legionem cui iusserit tradere. ille ad eum Sex. Caesarem mittit atque huic tradi ⟨-ere *b*⟩ iubet: 2, 20, 7.

β) subiectum esse nolunt interpretes et grammatici eos, quorum munus et officium est id agere, quod uerbo enuntiati indicatur: V 33, 3; 34, 1; VII 47, 1; 2, 25, 6 *u.* γ); — V 50, 5 *u.* **b) β) ββ**); II 5, 6; 3, 13, 3 *et* 65, 4 *u.* **b) α) ββ) a**).

γ) inf. pass. uerborum intransitiuorum: (Titurius et Cotta) iusserunt pronuntiari ⟨*bh; Fr.;* pronuntiare α(*a?*)*; rell. edd.*⟩, ut . . . in orbem consisterent: V 33, 3; duces eorum tota acie pronuntiari ⟨β; *Fr.;* -are α; *rell. edd.*⟩ iusserunt, ne quis ab loco discederet: V 34, 1; Ambiorix pronuntiari iubet, ut procul tela coiciant neu: V 34, 3; concursari . . . agi: V 50, 5 *u.* **b) β) ββ**); praeconibusque circummissis pronuntiari (hostes) iubent, . . . licere: V 51, 3; Caesar receptui cani ⟨canere β⟩ iussit: VII 47, 1; Curio pronuntiari ⟨*ego;* -iare *codd.; edd.*⟩ onerariis nauibus iubet, . . . se in hostium habiturum loco, qui: 2, 25, 6; paruoque spatio intermisso . . . conclamari iussit statimque . . . discessit: 3, 75, 2.

d) subaudiendus est acc. c. inf.: Galli . . . consilium ceperunt ⟨*c*⟩ ex oppido profugere hortante et iubente Vercingetorige: VII 26, 1; paratum se esse legionem cui iusserit ⟨cuius erit *a;* cui erit f^1⟩ tradere: 2, 20, 7.

B. forma passiua; a) c. obi.: quod iussi sunt (milites), faciunt: III 6, 1.

b) c. inf.: qua re impetrata (Sotiates) arma tradere iussi faciunt ⟨imperatum faciunt *Brandstäter*⟩: III 21, 3; Sabinus . . . iussus arma abicere imperatum facit suisque ut idem faciant imperat: V 37, 1; his (copiis) quam longissime possent progredi ⟨β; *Schn., Db.;* egredi α; *rell. edd.;* proficisci *f*⟩ iussis . . . pontem reficere coepit: VII 35, 4; quod (legionarii) dierum † XXII ab Ilerda frumentum iussi erant efferre: 1, 78, 1.

(Iubo *u.* Vibo.)

(Iubulius *u.* Vibullius.)

iucundus: id uero militibus fuit pergratum et iucundum . . ., ut, qui aliquid ⟨*c*⟩ iusti ⟨*c*⟩ incommodi exspectauissent, ultro

praemium missionis ferrent: 1, 86, 1; — Dolabella tuo nihil scito mihi esse iucundius: *ap. Cic. ad Att.* IX 16, 3.

iudex: non nullos ambitus Pompeia lege damnatos . . ., quae iudicia aliis ⟨testes *add. Ciacc.*⟩ audientibus iudicibus, aliis sententiam ferentibus singulis diebus erant perfecta, in integrum restituit: 3, 1, 4.

iudicium. A. = quaestio et cognitio legibus constituta: iudicia perficere: 3, 1, 4 *u.* **iudex**; — et iudicia in priuatos reddebat, qui ⟨reddebat; qui *Db.*, *Dt.*⟩ uerba atque orationem aduersus rem publicam habuissent; eorum ⟨habuissent, eorum *Db.*, *Dt.*⟩ bona in publicum addicebat: 2, 18, 5; — iudicium uereri: VI 44, 3 *u.* **B. b)**; ¶ Scipionem eadem spes . . . impellit, . . . simul iudiciorum metus, adulatio atque ostentatio sui et potentium, qui in re publica iudiciisque tum plurimum pollebant ⟨metus atque ostentatio sui et potentiae, qua in rep. iud. tum plur. pollebat *Madu.*; *u. CC*⟩: 1, 4, 3; ¶ die constituta causae dictionis Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam . . . undique coegit et omnes clientes obaeratosque suos . . . eodem conduxit; per eos, ne causam diceret, se eripuit: I 4, 2.

B. = sententia, quam ferunt iudices aut ii, qui iudicum quodam modo loco sunt; arbitrium, disceptatio; a) subi.: neque (se) de summa belli suum iudicium, sed imperatoris esse ⟨*om. AQ*⟩ existimauisse: I 41, 3.

b) obi.: iud. facere *u.* **C. a)**; ¶ si iudicium senatus obseruari oporteret, liberam debere esse Galliam, quam bello uictam suis legibus uti uoluisset: I 45, 3; ¶ neque sibi iudicium (se) sumpturos contra atque omnis Italia populus*que* Rom. iudicauisset: 3, 12, 2; ¶ non nulli iudicium ueriti profugerunt: VI 44, 3.

c) dat.: huc omnes undique, qui controuersias habent, conueniunt eorumque (*i. e.* druidum) decretis iudiciisque parent: VI 13, 10.

d) genet.: decuriones . . . conueniunt; docent sui iudicii rem non esse: 1, 13, 1; neque sui iudicii neque suarum esse uirium decernere ⟨*J. Fr. Gron.*; *Np.*; discernere *codd.*; *Db.*, *Dt.*⟩, utra pars iustiorem habeat causam: 1, 35, 3.

e) abl.: statuerat enim prius hos ⟨*O¹h*; hoc *afl*⟩ iudicio populi debere restitui quam suo beneficio uideri receptos: 3, 1, 6; ¶ depositis armis auxiliisque . . . necessario populi senatusque iudicio fore utrumque contentum: 3, 10, 9; ¶ neque id quod fecerit ⟨*c*⟩ de oppugnatione castrorum aut iudicio aut uoluntate sua fecisse, sed coactu ciuitatis: V 27, 3.

f) c. praep.: (principes,) quorum ad arbitrium iudiciumque summa omnium rerum consiliorumque redeat: VI 11, 3.

C. = opinio, existimatio; a) obi.: tu explorato ⟨quo et plorato *M¹*⟩ et uitae meae testimonio et amicitiae iudicio neque tutius neque honestius reperies quicquam quam ab omni contentione abesse: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 2; ¶ ei gratias egit, quod de se optimum iudicium fecisset: I 41, 2; magnaque ex parte iam me una uobiscum de re iudicium facturum confido: 2, 31, 8.

b) abl.: quod ea res omnium iudicio reprehendebatur: 1, 14, 5; ¶ earumque factionum principes ⟨*c*⟩ sunt, qui summam auctoritatem eorum iudicio habere existimantur: VI 11, 3; *cf.* **B.** *extr.*; cum esse omnium ⟨omn. esse *h*⟩ iudicio inferiores uiderentur: 1, 47, 2; magnumque fructum suae pristinae lenitatis omnium iudicio Caesar ferebat, consiliumque eius a cunctis probabatur: 1, 74, 7.

c) c. praep.: idque ita esse . . . etiam ex domestico iudicio atque animi conscientia intellegebant: 3, 60, 2.

D. = uoluntas, consilium: Ambiorix copias suas iudicione non conduxerit, quod proelio dimicandum non existimaret ⟨*c*⟩, . . . an tempore exclusus . . . dubium est: VI 31, 1; V 27, 3 *u.* **B. e)**.

iudico. A. = sententiam ferre, iudicium facere; a) absol.: neque (se) sibi iudicium sumpturos contra atque omnis Italia populus*que* Romanus iudicauisset: 3, 12, 2; placere sibi bello confecto ternas tabellas dari ad iudicandum iis, qui ordinis essent senatorii belloque una cum ipsis interfuissent, sententiasque de singulis ferrent: 3, 83, 3(4.)

b) sequitur α) de *u.* **de** *p. 816 (5 loc.)*

β) interrog. obl.: in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita ut oculis in utram partem fluat iudicari non possit: I 12, 1; ex quo iudicari posse ⟨posset *X*⟩, quantum haberet in se boni constantia: I 40, 6; ex his ⟨*c*⟩ omnibus iudicat rebus, quanto cum periculo et quanta cum ⟨*c*⟩ uirtute res sint administratae: V 52, 3; cupiditatem . . militum reprehendit, quod sibi ipsi iudicauissent, quo procedendum aut quid agendum uideretur: VII 52, 1.

B. = putare, existimare, censere; sequitur a) acc. c. inf.: neque se iudicare Galliam potius esse Ariouisti quam populi Romani: I 45, 1; exspectare uero, dum hostium copiae augerentur . . ., summae dementiae esse iudicabat et . . .

sentiebat; . . . existimabat: IV 13, 2; ne se in hostium numero duceret neue omnium Germanorum . . . unam esse causam iudicaret: VI 32, 1; (Eporedorix Viridomarusque) oppidum, quod a ⟨*c*⟩ se teneri non posse iudicabant, . . . incenderunt: VII 55, 7; ut eos prodatis, qui se uobis omnia debere iudicant, in eorum potestatem ueniatis, qui se per uos perisse existimant: 2, 32, 4; eadem enim tum fuit (causa), cum ab eorum consiliis abesse te debere ⟨te debere *om. codd.; edd.;* te debere *uel* te oportere *addend. conic. Wsbg.*⟩ iudicasti: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1; ¶ ut non nequiquam tantae uirtutis homines iudicari ⟨indicari *M*⟩ deberet ⟨*B*²*;* deberent *X*⟩ ausos esse ⟨ausi quod essent β *corr.*⟩ transire latissimum flumen: II 27, 5; multum fortunam in repentino hostium aduentu potuisse iudicauit, multo etiam amplius, quod paene ab ipso uallo . . . barbaros auertisset: VI 42, 1. 2; sic enim Caesar existimabat eo proelio excellentissimam uirtutem Crastini fuisse optimeque eum de se meritum iudicabat: 3, 99, 2; ¶ cur hunc tam temere quisquam ab officio discessurum iudicaret? I 40, 2; etsi te nihil temere, nihil imprudenter facturum iudicaram, tamen . . . scribendum ad te existimaui: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1; ¶ quod . . . neque has tantularum ⟨*c*⟩ rerum occupationes ⟨sibi *add.* β⟩ Britanniae anteponendas iudicabat: IV 22, 2; ita saepius rem ⟨rem saepius?⟩ frustra temptatam Caesar aliquando dimittendam sibi iudicat et de bello cogitandum ⟨*Ciacc.;* agendum *codd.; edd.*⟩: 1, 26, 6; Caesar, etsi timebat . . . obicere, conandum tamen atque experiendum iudicat: 1, 64, 4.

b) dupl. acc.: quem (locum) ex omni Gallia oportunissimum ac fructuosissimum iudicassent (Heluetii): I 30, 3; hunc pro suis beneficiis Caesar idoneum iudicauerat, quem . . . mitteret: 3, 10, 2; nulla ratione ad pugnam elici posse Pompeium existimans hanc sibi commodissimam belli rationem iudicauit, uti: 3, 85, 2; ¶ cuius rei si exemplum non haberemus, tamen libertatis causa institui et posteris prodi pulcherrimum iudicarem ⟨*haec omnia om.* β⟩: VII 77, 13; ¶ magistratus quae uisa sunt occultant, quaeque ⟨*c*⟩ esse ex usu iudicauerunt ⟨iudicauerint *Aim.*⟩ multitudini produnt: VI 20, 3; ¶ (tantae uirtutis homines: II 27, 5 *u.* a).)

C. = declarare, pronuntiare: in eo concilio Cingetorigem, alterius principem factionis, generum suum, . . . hostem iudicat ⟨iudicandum curat β⟩ bonaque ⟨*c*⟩ eius publicat: V 56, 3.

(D. = constituere; c. inf.: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1 *u.* **B. a).)**

iugerum: militibus in contione agros ex suis possessionibus pollicetur, quaterna ⟨*Glar.; margo Vasc.;* XL *codd.*⟩ in singulos iugera et pro rata parte centurionibus euocatisque: 1, 17, 4.

iugum. A. equorum: uti . . . per temonem percurrere et in iugo insistere ⟨consistere *a*⟩ et se inde ⟨*c*⟩ in currus citissime recipere consuerint: IV 33, 3.

B. seruitutis uel ignominiae signum: memoria tenebat L. Cassium consulem occisum exercitumque eius ab Heluetiis pulsum et sub iugum missum: I 7, 4; hic pagus . . . patrum nostrorum memoria L. Cassium consulem interfecerat et eius exercitum sub iugum miserat: I 12, 5.

C. montium; a) subi., praed.: antecedit ad Castra exploranda Cornelia ⟨*c*⟩. id autem est iugum derectum, eminens in mare, utraque ex parte praeruptum atque asperum, sed tamen paulo leniore ⟨*c*⟩ fastigio ab ea parte, quae ad Vticam uergit. abest derecto itinere ab Vtica paulo amplius passus mille: 2, 24, 3. 4.

b) obi.: Labienum . . . cum duabus legionibus et his ducibus, qui iter cognouerant, summum iugum montis ascendere iubet: I 21, 2; ¶ Germani ab dextro latere summum ⟨idoneum *Geyer*⟩ iugum ⟨suorum subsidium *Paul*⟩ nancti ⟨*c*⟩ hostes loco depellunt: VII 67, 5; ¶ erat ex omnibus castris, quae summum undique iugum tenebant, despectus: VII 80, 2.

c) genet.: omnibus eius iugi collibus occupatis: VII 36, 2; ¶ dorsum esse eius iugi prope aequum: VII 44, 3.

lenis. A. propr.: ab oppido autem decliuis locus leni ⟨*Pluyg.*; tenui *codd.*; *edd.*⟩ fastigio uergebat in longitudinem ⟨*c*⟩ *passus circiter CCCC: 1, 45, 5; id autem est iugum derectum . . ., utraque ex parte praeruptum atque asperum, sed tamen paulo leniore ⟨leuiore *Oaf*⟩ fastigio ab ea parte, quae ad Vticam uergit: 2, 24, 3; ¶ naues XVIII . . . ex superiore portu leni uento soluerunt: IV 28, 1; duriusque cotidie tempus ad transportandum lenioribus ⟨saeuioribus *Wölff.*; *Dt.*⟩ uentis exspectabant ⟨-bat *Wölff.*; *Dt.*⟩: 3, 25, 3; ¶¶

et leni Africo prouectus media circiter nocte uento intermisso cursum non tenuit: V 8, 2.

B. trsl.: exspectabatque suis lenissimis ⟨*N;* leuissimis *Ox*⟩ postulatis responsa: 1, 5, 5; ¶ lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret uis: *ap. Sueton. uit. Terent.* 5; ¶ dixerat aliquis leniorem sententiam: 1, 2, 2; ¶¶ ut quam lenissimum me praeberem: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1.

leniter. A. propr.: una ex parte leniter adcliuis aditus . . . relinquebatur: II 29, 3; collis erat leniter ⟨*AQ;* leuiter *BM*β; *(X teste Hold.)*⟩ ab infimo adcliuis: VII 19, 1; ¶ paene iniquo loco et leniter ⟨*a;* leuiter *αh*⟩ decliui castra fecerant ⟨*c*⟩: VII 83, 2; ¶ (collis) ex utraque parte lateris deiectus habebat et in ⟨*om.* β⟩ fronte ⟨*c*⟩ leniter fastigatus ⟨castigatus *B*²β; castigatus castratus α⟩ paulatim ad planitiem redibat: II 8, 3.

B. trsl.: si cunctetur (senatus) atque agat lenius ⟨lentius *Ciacc.*⟩: 1, 1, 4; ¶ lenius ⟨lentius β⟩ quam pridie nostros equites proelio lacessere coeperunt: V 17, 1.

lenitas. A. propr.: quod (flumen) . . . in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita ut oculis in utram partem fluat iudicari non possit: I 12, 1.

B. trsl.: magnumque fructum suae pristinae lenitatis omnium iudicio Caesar ferebat: 1, 74, 7; ¶ pauca apud eos de lenitate sua locutus . . . omnes conseruauit: 3, 98, 2.

lente: (agere: 1, 1, 4 *u.* **leniter** B. agere;) ¶ lente atque paulatim proceditur crebroque . . . subsistunt: 1, 80, 1; ¶ (lenius ⟨lentius β⟩ quam pridie nostros equites proelio lacessere coeperunt: V 17, 1;) ¶ ipse cum reliquis copiis elephantisque LX lentius subsequitur: 2, 40, 2.

Lentulus. 1. L. (Cornelius) Lentulus: L. Lentulus consul senatui rei*que* publicae se non defuturum pollicetur, si . . .: 1, 1, 2; *cf. qu. sqq.;* hi omnes conuicio L. Lentuli consulis ⟨*om. f*⟩ correpti exagitabantur. Lentulus sententiam Calidii pronuntiaturum se omnino negauit: 1, 2, 5; (*cf.* § 6; 3, 4; 4, 1;) Lentulus aeris alieni magnitudine et spe exercitus ac prouinciarum et regum appellandorum largitionibus mouetur, seque alterum fore Sullam ⟨Cornelium *Vielh.*⟩ inter suos gloriatur, ad quem summa imperii redeat: 1, 4, 2; V primis diebus, quibus haberi senatus potuit, qua ex die consulatum iniit Lentulus, . . . decernitur: 1, 5, 4; (*cf.* 6, 7; 10, 1. 2. 4;) tantus repente terror inuasit, ut, cum Lentulus consul ad aperiendum aerarium uenisset ad pecuniam Pompeio ex senatus consulto proferendam, protinus . . . profugeret: 1, 14, 1; (*cf.* § 2;) gladiatoresque, quos ibi Caesar in ludo habebat, ad forum productos ⟨*c*⟩ Lentulus *spe* libertatis ⟨*c*⟩ confirmat . . .: 1, 14, 4; *cf. qu. sqq.;* legiones effecerat . . . duas ex Asia, quas Lentulus consul conscribendas curauerat: 3, 4, 1; in castris Pompei uidere licuit . . . L. etiam Lentuli et non nullorum tabernacula protecta hedera . . .: 3, 96, 1; idem hoc L. Lentulo, qui superiore anno consul fuerat, et P. Lentulo consulari ac non nullis aliis acciderat Rhodi; qui . . .: 3, 102, 7; item L. Lentulus comprehenditur ab rege et in custodia necatur: 3, 104, 3.

2. (P. Cornelius) Lentulus Marcellinus: ad eas munitiones Caesar Lentulum Marcellinum ⟨marcellum *a*⟩ quaestorem cum legione VIIII. positum habebat. huic . . .: 3, 62, 4; hoc tumultu nuntiato Marcellinus ⟨marcellus *Oa*⟩ * * * cohortes subsidio nostris laborantibus submittit ex castris: 3, 64, 1; iamque Pompeiani magna caede nostrorum castris Marcellini adpropinquabant: 3, 65, 1.

3. P. (Cornelius) Lentulus Spinther: id oppidum (Asculum) Lentulus Spinther X cohortibus tenebat; qui . . .: 1, 15, 3; *cf. qu. sqq.;* recepto Firmo expulsoque Lentulo Caesar conquiri milites, qui ab eo discesserant, . . . iubet: 1, 16, 1; quid ipsis Corfiniensibus, quid Domitio, quid Lentulo, quid reliquis accideret: 1, 21, 6; quarta uigilia circiter Lentulus Spinther de muro cum uigiliis . . . nostris conloquitur: 1, 22, 1; *cf.* § 2—5; cuius oratione confirmatus Lentulus ut in oppidum reuerti liceat petit; . . . facta potestate discedit: 1, 22, 6; erant quinque ordinis senatorii, ⟨*Dauis.;* quinquaginta (*uel* L) ordines *codd.;* quinquaginta: ordinis senatorii *E. Hoffm.*⟩ L. Domitius, P. ⟨*om. hl*⟩ Lentulus Spinther, L. Caecilius Rufus, Sex. Quintilius Varus quaestor, L. Rubrius: 1, 23, 2; (*cf.* § 3;) iam de sacerdotio Caesaris Domitius, Scipio Spintherque ⟨*Ald.;* spinther, q. *codd. plur.;* spinther et *f*⟩ Lentulus cotidianis contentionibus ad grauissimas uerborum contumelias palam descenderunt, cum Lentulus aetatis honorem ostentaret, Domitius . . .: 3, 83, 1; idem hoc L. Lentulo, qui superiore anno consul fuerat, et P. Lentulo consulari . . . acciderat Rhodi; qui . . .: 3, 102, 7.

lenunculus: horum fuga nauium onerariarum magistros incitabat: pauci lenunculi ⟨lembunculi *cod. Ciacc.*⟩ ad officium imperiumque conueniebant: 2, 43, 3.

M. (Aemilius) Lepidus: seseque dic-

tatorem dictum a M. Lepido praetore cognoscit: 2, 21, 5.

Lepontii: Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt: IV 10, 3.

Lepta: M. † itfiuium, quem mihi commendas, uel regem Galliae faciam uel hunc Leptae delegabo ⟨c⟩; si uis, tu ⟨uel Leptae legatum, si uis; tu *Crat.;* uel Leptide legatum, si uis; tu *Rutgers.;* uel hunc leptae delega si uis tu *Med.*⟩ ad me alium mitte, quem ornem: *ap. Cic. ad fam.* VII 5, 2.

Leptis *u.* **Lepta.**

Leptitani: Iubam reuocatum finitimo bello et controuersiis Leptitanorum restitisse in regno: 2, 38, 1.

lepus: (Britanni) leporem et gallinam et anserem gustare fas non putant; haec tamen alunt animi uoluptatisque ⟨c⟩ causa: V 12, 6.

Leuaci: dimissis nuntiis ad Ceutrones, Grudios, Leuacos, Pleumoxios, Geidumnos, qui omnes sub eorum (Neruiorum) imperio sunt ⟨c⟩, quam maximas manus ⟨o⟩ possunt cogunt ⟨c⟩ et de improuiso ad Ciceronis ⟨o⟩ hiberna aduolant ⟨c⟩: V 39, 1.

Leuci: frumentum Sequanos, Leucos, Lingones ⟨c⟩ sumministrare: I 40, 11.

leuis. A. propr.: leuis armaturae *u.* **armatura** *p. 309 sq. (11 (12) loc.);* († per mare ⟨milites leuis armaturae *Ciacc.*⟩ nauibus expositi ⟨c⟩ in auersos ⟨c⟩ nostros impetum fecerunt: 3, 63, 8;) ¶ haec leuibus cratibus terraque inaequat: 1, 27, 4; ¶ carinae ac prima ⟨*Np.;* primum *codd.*⟩ statumina ex ⟨*af;* et *Ohl; om. Np.; Dt.*⟩ leui materia ⟨primum statumen aluei materia *E. Hoffm.*⟩ fiebant: 1, 54, 2.

B. trsl.; a) = exiguus, mediocris; α) pos.: impellit alios auaritia, alios iracundia et temeritas, . . . ut leuem auditionem habeant pro re comperta: VII 42, 2; ¶ quorum salutem neque propinqui neglegere neque ciuitas leui momento aestimare posset: VII 39, 3; ¶ equestrique eo die proelio leui facto: VII 36, 1; leui facto equestri proelio atque eo ⟨c⟩ secundo in castra exercitum reduxit: VII 53, 2.

β) comp.: maiore commisso delicto . . . necat, leuiore de causa auribus desectis aut singulis effossis oculis domum remittit: VII 4, 10; ¶ (id autem est iugum derectum . . ., sed tamen paulo leniore ⟨leuiore *Oaf*⟩ fastigio ab ea parte, quae ad Vticam uergit: 2, 24, 3;) ¶¶ de meis in uos meritis praedicaturus ⟨c⟩ non sum, quae sunt adhuc et mea uoluntate et uestra exspectatione leuiora: 2, 32, 10.

(**γ) superl.:** exspectabatque suis lenissimis ⟨*Nb;* leuissimis *Ox*⟩ postulatis responsa: 1, 5, 5.)

b) = temerarius, neglegens: postremo quid esse ⟨c⟩ leuius aut turpius quam auctore hoste de summis rebus capere consilium? V 28, 6.

leuiter. A. propr.; (a) pos.: collis erat leniter ⟨*AQ;* leuiter *BM*β *(X sec. Hold.)*⟩ ab infimo adcliuis: VII 19, 1; paene iniquo loco et leniter ⟨*a;* leuiter *αh*⟩ decliui castra fecerant ⟨c⟩: VII 83, 2.)

b) comp.: leuiusque casura pila sperabat in loco retentis militibus, quam si ipsi immissis telis occurrissent ⟨c⟩: 3, 92, 2.

B. trsl.: leuiusque tempestatis quam classis periculum aestimauerunt: 3, 26, 4.

leuitas. (A. propr.: leuitate armorum et cotidiana exercitatione nihil iis ⟨c⟩ noceri posse: V 34, 4.)

B. trsl.: qui mobilitate et leuitate animi nouis imperiis studebant: II 1, 3; ¶ nihil se propter inscientiam leuitatemque ⟨et leuitatem β⟩ uulgi grauius de ciuitate iudicare neque de sua in Haeduos beneuolentia deminuere: VII 43, 4.

leuo. A. = expedire, subuenire: quae res etsi nihil ad leuandas iniurias pertinere uidebantur, tamen: 1, 9, 1; ¶ (ipse praesentem inopiam quibus poterat subsidiis tutabatur ⟨leuabat *Kindsch.; u. CC*⟩: 1, 52, 4;) genus radicis . . ., quod admixtum lacte ⟨c⟩ multum inopiam leuabat: 3, 48, 1.

B. = liberare: ciuitati sese consulere, quod hibernis leuetur: V 27, 11.

lex. A. subi.: siremps tantum per nominatiuum et ablatiuum declinatur . . . Caesar ergo ⟨caesare ergo *cod.;* Caesar de analogia *Ritschl;* Caesar eius ergo *Huschke*⟩ siremps lex esto quasi sacram uiolauerit dixisse pronuntiandus est ⟨dixit pro nominatiuo esse *Ritschl;* dixit sine e pronuntiandum esse *coni. Keil*⟩: *Charis. art. gramm. I p. 143 sq. Keil;* ¶ cum leges duo ex una familia uiuo utroque non solum magistratus creari uetarent, sed etiam in senatu esse prohiberent: VII 33, 3.

B. obi.: respicite finitimam Galliam, quae in prouinciam redacta iure et legibus commutatis securibus subiecta perpetua premitur seruitute: VII 77, 16; ¶ ibi legem de dictatore ⟨legem dedictionis *af*⟩ latam seseque dictatorem dictum a M. Lepido praetore cognoscit: 2, 21, 5; ¶ (quarum rerum illo tempore nihil factum, ne cogitatum quidem; ⟨nulla lex promulgata, non cum populo agi coeptum, nulla secessio facta *add. codd.; del.*

Np.; u. CC⟩: 1, 7, 5;) quod (Curio) tribunus plebis legem promulgauerat, qua lege regnum Iubae publicauerat: 2, 25, 4; (Coelius) legem promulgauit, ut sexenni ⟨*c*⟩ die ⟨*c*⟩ sine usuris creditae pecuniae soluantur: 3, 20, 4; (Coelius) ad hominum excitanda studia sublata priore lege duas promulgauit, unam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donauit, aliam ⟨alteram *Faern.*⟩ tabularum nouarum: 3, 21, 1; ¶ ciuitatem eius immunem esse iusserat, iura legesque reddiderat: VII 76, 1; ¶ iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt: VII 77, 14; ¶ tollere: 3, 21, 1 *u.* promulgare.

C. abl.; a): cogere: V 56, 2 *u.* **c)** consuesse; ¶ in tertium annum profectionem lege confirmant ⟨*CC*⟩: I 3, 2; ¶ qua (lege) donauit: 3, 21, 1 *u.* **B.** promulgare; ¶ superiore consulatu cum patre Ptolomaeo et lege et senatus consulto societas erat facta: 3, 107, 2; ¶ publicare: 2, 25, 4 *u.* **B.** promulgare; ¶ (ciuitates) habent legibus sanctum, si quis ⟨*c*⟩ quid . . . acceperit, uti ad magistratum deferat: VI 20, 1; ¶ quam (Galliam) bello uictam suis legibus ⟨leg. suis *a*⟩ uti uoluisset (senatus): I 45, 3; qui (Suessiones) eodem iure et ⟨*om. fh*⟩ isdem legibus utantur, unum imperium ⟨*c*⟩ unumque ⟨*c*⟩ magistratum cum ipsis habeant: II 3, 5.

b): hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt: I 1, 2.

c): quo ⟨quod β⟩ lege communi omnes puberes ⟨et *add.* α⟩ armati conuenire consuerunt ⟨coguntur β⟩: V 56, 2; ¶ quod . . . duo magistratum gerant et se uterque eorum legibus creatum esse ⟨*c*⟩ dicat: VII 32, 3; ¶ praetoribus tribunisque ⟨*c*⟩ plebis rogationes ad populum ferentibus non nullos ambitus Pompeia lege damnatos . . . in integrum restituit: 3, 1, 4; ¶ qui (coloni) lege Iulia Capuam deducti erant: 1, 14, 4; ¶ quod legibus Haeduorum iis, qui summum magistratum obtinerent, excedere ex finibus non liceret: VII 33, 2.

D. c. praep.: ne quid de iure aut de legibus ⟨de legibus aut iure β⟩ eorum deminuisse uideretur: VII 33, 2; ¶ cur enim potius Haedui de suo iure et de legibus ad Caesarem disceptatorem quam Romani ad Haeduos ueniant? VII 37, 5.

quotienscumque sit decretum, darent operam magistratus, ne . . ., factum in perniciosis legibus, in ui tribunicia . . .: 1, 7, 5.

is enim erat annus, quo per leges ei consulem fieri liceret: 3, 1, 1.

[**Falso:** iniuriam in eripiendis legionibus ⟨*Ald.;* legibus *codd.*⟩ praedicat: 1, 32, 6.]

Lexouii. Lexouii *semper scriptum est in* β, *in* α *bis:* III 17, 3 *et* VII 75, 3 (*sed h. l.* lixouii); *reliquis tribus locis* (III 9, 10; 11, 4; 29, 3) *in* α *exstat* lexobii. *Verisimile igitur est scribendum esse* Lexouii; *quae quidem scriptura confirmatur Plinii et Orosii codicibus; nam ap. Plin.* IV 107 *unus cod. A (Sillig io teste; Detlefsen tacet) habet* lexobii, *reliqui* lexouii; *ap. Oros.* VI 8, 18 *in omnibus libris exstat littera* u (*in plurimis* lixouios), VI 8, 8 *in uno D* lexobios, *in LPR* lexouios.

socios sibi ad id bellum Osismos, Lexouios, Namnetes, Ambiliatos ⟨*c*⟩, Morinos, Diablintes ⟨*c*⟩, Menapios adsciscunt: III 9, 10; Q. Titurium Sabinum legatum cum legionibus tribus in Venellos ⟨*c*⟩, Coriosolitas ⟨*c*⟩ Lexouiosque mittit: III 11, 4; his paucis diebus Aulerci Eburouices Lexouiique senatu suo interfecto . . . portas clauserunt ⟨*CC*⟩ seque ⟨*c*⟩ cum Viridouice coniunxerunt ⟨*CC*⟩: III 17, 3; in Aulercis Lexouiisque, reliquis item ciuitatibus ⟨*c*⟩, quae proxime ⟨*c*⟩ bellum fecerant, in hibernis (exercitum) conlocauit: III 29, 3; imperant . . . Atrebatibus IIII (milia); Veliocassis ⟨totidem *add. Np.; Dt.*⟩, Lexouiis ⟨Lemouicibus *Np.; Dt.*⟩ et Aulercis ⟨*c*⟩ Eburouicibus ⟨*c*⟩ terna ⟨*c*⟩, . . . XXX uniuersis ciuitatibus, quae Oceanum attingunt quaeque eorum consuetudine Aremoricae ⟨*c*⟩ appellantur, quo sunt in numero Coriosolites, Redones, Ambibarii, Caletes, Osismi, ⟨ueneti *add.* β⟩, † Lemouices ⟨*unc. incl. Db.;* Lexouii *Np.; Dt.; Namnetes Fr.*⟩, Venelli ⟨Veneti, Vnelli *Schn.*⟩: VII 75, 3. 4.

libens: cunctae earum regionum praefecturae libentissimis animis eum recipiunt exercitumque eius omnibus rebus iuuant: 1, 15, 1.

libenter: (accipere: VI 4, 3 *u.* dare;) ¶ adpetere: I 44, 5 *u.* recusare; ¶ Clodius . . . primis diebus, ut uidebatur, libenter auditus reliquis ad conloquium non admittitur: 3, 57, 5; ¶ libenter etiam ex perfugis cognoscebant ⟨audiebant *f*⟩ . . .: 3, 49, 3; ¶ quod fere libenter homines id, quod uolunt, credunt: III 18, 6; quae uolumus et credimus libenter et quae sentimus ipsi reliquos sentire speramus: 2, 27, 2; ¶ libenter Caesar petentibus Haeduis dat ueniam excusationemque accipit: VI 4, 3; ¶ de suis homines laudibus libenter ⟨licenter *Paul*⟩ praedicant: 2, 39, 4; ¶ non minus libenter sese ⟨se libenter β⟩ recusaturum populi Romani amicitiam, quam adpetierit: I 44, 5; ¶ consilio uestro

utar libenter ⟨lub. *Med.*⟩, et hoc libentius ⟨lub. *Med.*⟩, quod: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1.

liber. **1. adiect.;** **A.** = ἐλεύθερος, αὐτόνομος: saepe clamitans liberum se liberaeque esse ciuitatis ⟨ciu. esse β⟩: V 7, 8; ¶ pars: 3, 34, 4 *u. infra* Macedonia; ¶ magnam imperatam Asiae . . . et liberis Achaiae populis pecuniam exegerat: 3, 3, 2; ¶¶ liberam debere esse Galliam, quam bello uictam suis legibus uti uoluisset (senatus): I 45, 3; ¶ Domitium . . . in Macedoniam proficisci iussit; cuius prouinciae ab ea parte, quae libera appellabatur, Menedemus . . . missus legatus . . . profitebatur: 3, 34, 4; ¶¶ saepe clamitans liberum se liberaeque esse ⟨*o*⟩ ciuitatis: V 7, 8; hortaturque, ut se liberos et imperio natos meminerint: VII 37, 2.

B. = ἀκώλυτος: uado . . . inuento . . ., ut bracchia modo atque umeri ad sustinenda arma liberi ab aqua esse possent: VII 56, 4; ¶ libera ⟨sint *add. Vielh.*⟩ comitia atque omnis res publica senatui populoque Romano permittatur: 1, 9, 5; ¶ quorum discessu liberam nacti milites conloquiorum facultatem uulgo procedunt: 1, 74, 1; non datur libera ⟨ultra *Schnelle; u. CC*⟩ muri defendendi ⟨*c*⟩ facultas ⟨*haec uerba suspecta Grutero unc. incl. Np.*⟩: 2, 11, 3; ¶ Sullam nudata omnibus rebus tribunicia potestate tamen intercessionem liberam reliquisse: 1, 7, 3; ¶ et aquae magna parte et pabulatione libera prohibituri hostes uidebantur: VII 36, 5; ¶ si decessisset ⟨*c*⟩ et liberam possessionem Galliae sibi tradidisset: I 44, 13; ¶ res publica: 1, 9, 5 *u.* comitia; ¶ umeri: VII 56, 4 *u.* bracchia.

2. liberi ui subst.; **A.** = οἱ ἐλεύθεροι: in capita singula seruorum ac liberorum tributum imponebatur: 3, 32, 2; — omnem ex agris multitudinem seruorum ac liberorum in oppidum cogit: 3, 80, 3; ¶ de seruis liberisque omnibus ad impuberes supplicium sumit et ad unum ⟨omnes *add. b*⟩ interficit: 3, 14, 3.

B. = τέκνα; **a) subi.:** suos liberos, nisi cum adoleuerunt, ut munus militiae sustinere possint, palam ad se adire ⟨ire *a*⟩ non patiuntur, filiumque puerili aetate in publico in conspectu patris adsistere turpe ducunt: VI 18, 3; *cf.* **c)** abducere *et* dedere *et* **d)** β).

b) praed.: qui ⟨*c*⟩ sunt ex iis nati, eorum habentur liberi, quo ⟨*c*⟩ primum ⟨*c*⟩ uirgo ⟨*c*⟩ quaeque deducta ⟨*c*⟩ est ⟨*c*⟩: V 14, 5.

c) obi.: ut paene in conspectu exercitus nostri agri uastari, liberi eorum in seruitutem abduci . . . non debuerint: I 11, 3; ¶ suos ab se liberos abstractos obsidum nomine dolebant: III 2, 5; multo illa grauius aestimari ⟨*c*⟩ debere ⟨*c*⟩, liberos, coniuges in seruitutem abstrahi, ipsos interfici: VII 14, 10; ¶ principumque liberos obsides ad se adduci iussit: II 5, 1; ¶ unum se esse . . ., qui adduci non potuerit, ut . . . liberos suos obsides daret: I 31, 8; ¶ petierunt, ne se et communes liberos hostibus ad supplicium dederent, quos ad capiendam fugam naturae et uirium infirmitas impediret: VII 26, 3; ¶ liberos, uxores suaque omnia in siluis deponerent: IV 19, 2; ¶ uxoresque duxerant, ex quibus plerique liberos habebant: 3, 110, 2; ¶ impedire: VII 26, 3 *u.* dedere; ¶ Ariouistum . . . obsides nobilissimi cuiusque liberos poscere et in eos omnia exempla cruciatusque edere: I 31, 12; ¶ omnes senatores senatorumque liberos . . . ad se produci iubet: 1, 23, 1; ¶ matres familiae . . . more Gallico passum ⟨*c*⟩ capillum ostentare liberosque in conspectum proferre coeperunt: VII 48, 3; ¶ (proicere: 2, 5, 3 *u.* **d)** β).)

d) c. praep.; **α) ad:** ne ad liberos, ne ad parentes, ad uxorem ⟨uxores β⟩ aditum habeat: VII 66, 7.

β) cum: facile erat . . . prospicere in urbem, ut . . . omnes . . superioris aetatis cum liberis atque uxoribus . . . ad caelum manus tenderent aut templa . . . adirent et ante simulacra proiecti uictoriam ab dis exposcerent: 2, 5, 3; ¶ (erant praeterea cuiusque generis hominum milia circiter VI cum seruis libertisque ⟨*Hotom.*; liberisque *codd.*; *edd.*⟩; sed nullus ordo, nullum imperium certum, cum suo quisque consilio uteretur: 1, 51, 2;) ¶ Mandubii . . . cum liberis atque uxoribus exire coguntur: VII 78, 3; *cf.* § 4. 5; ¶ uxores habent deni duodenique inter se communes ⟨*o*⟩ et maxime fratres cum fratribus parentesque cum liberis: V 14, 4.

γ) in c. acc.: omnia exempla cruciatusque edere: I 31, 12 *u.* **c)** poscere; ¶ uiri in uxores sicuti in liberos uitae necisque habent potestatem: VI 19, 3.

libere. **A.** = **ita ut nemo impediat;** **a) pos.:** aliae . . sunt legati partes atque imperatoris: alter omnia agere ad praescriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet: 3, 51, 4; ¶ quo praesidio tuto et libere senatus quae uellet decernere auderet: 1, 2, 2; plerisque uero libere decernendi potestas eripitur: 1, 3, 5; ¶ *erat* ciuile bellum;

genus hominum, cui ⟨*Oud.*; quod *ahl; Db.*⟩ liceret ⟨licere *af*⟩ libere ⟨liberare *f*⟩ facere ⟨cui quod liberet liceret facere *Madu.*⟩ et sequi quod uellet ⟨uel *af*⟩: 2, 29, 3; ¶ musculum turrimque latericiam libere incendunt: 2, 14, 4; ¶ quo minus libere hostes insequerentur: VII 49, 2; ¶ ut libere pabulari ⟨fabulari *ahl;* populari *N*⟩ posset nec minus aditum nauibus haberet: 3, 65, 4; ¶ sequi: 2, 29, 3 *u.* facere; ¶ perterriti uirtute equitum minus libere, minus audacter uagabantur: 1, 59, 2.

b) comp.: munitionem ad flumen perduxerat . . ., quo liberius a ⟨ac sine *Ohl*⟩ periculo milites aquarentur: 3, 66, 6.

B. = audacter: cum equitatus noster liberius praedandi ⟨*o*⟩ uastandique causa se in agros eiecerat ⟨effunderet β⟩: V 19, 2; *cf.* **A. a)** *extr.* 1, 59, 2.

C. = aperte, ingenue; a) pos.: Scipionem ea esse auctoritate, ut non solum libere quae probasset exponere, sed etiam ex magna parte compellare ⟨*Nahl;* compellere *Of?; edd.*⟩ atque errantem regere posset: 3, 57, 3.

b) comp.: confecto legationis officio liberius cum militibus regis conloqui coeperunt: 3, 103, 4; ¶ dicit liberius atque audacius: I 18, 2; ¶ hac impulsi occasione . . . liberius atque audacius de bello consilia inire incipiunt: VII 1, 3; ¶ bona restituit iis, quos liberius locutos hanc poenam tulisse cognouerat: 2, 21, 2.

liberaliter. A. = ita ut homine honesto loco nato dignum est: quod erant honesto loco nati et instructi liberaliter magnoque comitatu . . . uenerant: 3, 61, 1.

B. = comiter, benigne: ab his liberaliter ipse appellatus . . . conscendit: 3, 104, 3; ¶ quibus auditis liberaliter pollicitus hortatusque, ut in ea sententia permanerent, eos domum remittit: IV 21, 6; ¶ Caesar Remos cohortatus liberaliterque oratione prosecutus . . . iussit: II 5, 1; ¶ quibus pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondet ⟨β; -dit α; *edd.*⟩: IV 18, 3; amici regis his, qui erant ab eo missi, palam liberaliter responderunt: 3, 104, 1.

liberalitas: illum . . . beneficio ac liberalitate sua ac senatus ea praemia consecutum: I 43, 5; — haec noua sit ratio uincendi, ut misericordia et liberalitate nos muniamus: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1; ¶ pauca ad spem largitionis addidit, quae ab sua liberalitate, si se . . . secuti essent, exspectare deberent: 2, 28, 3; — omniaque ex uictoria et ex sua liberalitate sperarent: 3, 6, 1; — esse Dumnorigem, . . . magna apud plebem propter liberalitatem gratia: I 18, 3.

liberi *u.* **liber 2. B.** *p. 457 sq.*

libero. A. = in libertatem uindicare, liberum reddere: ciues Romani . . . seruos . . omnes puberes liberauerunt: 3, 9, 3; ¶¶ ipsi manu facta cum iis ⟨*c*⟩, quos nuper ⟨maximi *add. z;* maxime *f*[2]*; Db.; seclud. Np., Dt.;* nuperrime *Oehl.; u. CC*⟩ liberauerant, in . . . castra inruperunt: 3, 9, 6; ¶ quanta . . . in perpetuum sui liberandi facultas daretur: IV 34, 5; ne sui in perpetuum liberandi atque ulciscendi Romanos . . . occasionem dimittant: V 38, 2; ¶ Sulla . . . liberatis suis hoc fuit contentus neque proelio decertare uoluit: 3, 51, 5.

B. alqm alqa re = exsoluere, leuare: si paruo labore . . . omnem Italiam metu liberare possint: 1, 9, 1; ¶ ut Vbios obsidione liberaret: IV 19, 4; quoniam obsidione liberatum Ciceronem sciebat: V 49, 6; ¶ periculo: 3, 83, 4 *u.* **C.**; ¶ quod eius opera stipendio liberatus esset: V 27, 2.

C. = absoluere: fortasse non se liberari ⟨liberare *a*⟩, sed in aliud tempus reseruari arbitrati . . . constituerunt: 3, 60, 3; ¶ unam fore tabellam, qui liberandos omni periculo censerent, alteram, qui capitis damnarent, tertiam, qui pecunia multarent: 3, 83, 4.

libertas. A. = *ἐλευθερία, αὐτονομία*; **a) obi.**: accipere: III 8, 4 *u.* **d)** *γ)*; VII 1, 8 *u.* recuperare; ¶ his Caesar libertatem ⟨lib. caes. *a*⟩ concessit: IV 15, 5; ¶ qua rei familiaris iactura perpetuum imperium libertatemque se ⟨β; *om.* α⟩ consequi uideant: VII 64, 3; ¶ neque dubitare [debeant], quin, si Heluetios superauerint Romani, una cum reliqua Gallia Haeduis libertatem sint erepturi: I 17, 4; ¶ id sibi ad praesentem obtinendam libertatem satis esse: VII 66, 4; ¶ praesertim cum de recuperanda communi libertate consilium initum uideretur: V 27, 6; in acie praestare interfici quam non ueterem belli gloriam libertatemque, quam a maioribus acceperint ⟨β; acceperant α⟩, recuperare: VII 1, 8; et ille suam dignitatem et nos nostram libertatem recuperabimus: 3, 91, 2; ¶ iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt: VII 77, 14; ¶ tanta uniuersae Galliae consensio fuit libertatis uindicandae et pristinae belli laudis recuperandae, ut: VII 76, 2.

b) dat.: omnes autem homines natura libertati studere ⟨libertatis studiose incitari β⟩ et

condicionem seruitutis odisse: III 10, 3; ¶ esse non nullo se Caesaris beneficio adfectum, . . . sed plus communi libertati tribuere: VII 37, 4.

c) gen.: quos . . postea in parem ⟨partem *X*⟩ iuris libertatisque condicionem ⟨conditione *X*⟩, atque ipsi erant, receperunt: I 28, 5; ¶ seruo spe libertatis magnisque persuadet praemiis: V 45, 3; gladiatores . . . ad forum productos ⟨*c*⟩ Lentulus spe ⟨*Np.; om. codd.; Paul*⟩ libertatis ⟨-tati *Oh;* libertate *Paul*⟩ confirmat: 1, 14, 4; pastoresque Domitii ⟨*c*⟩ spe libertatis excitati sub oculis domini ⟨*c*⟩ suam probare operam studebant: 1, 57, 4; ¶¶ libertatis causa *u.* **causa** *p. 488 (3 loc.).*

d) c. praep.; α) de: neu se optime de communi libertate meritum hostibus in cruciatum ⟨de comm. lib. opt. mer. in cruc. host. β⟩ dedant: VII 71, 3.

β) in libertatem uindicare *u.* **in** *p. 109* **a)** *extr. (3 loc.).*

γ) in c. abl.: ut in ea libertate, quam a maioribus acceperint ⟨β; *Fr.;* -perant α; *rell. edd.*⟩, permanere quam Romanorum seruitutem perferre malint ⟨*c*⟩: III 8, 4.

B. = ἀκολασία, licentia: quae res et cibi genere et cotidiana exercitatione et libertate uitae . . . uires alit: IV 1, 9.

libertus: quas (naues) Igilii et in Cosano . . . seruis, libertis, colonis suis compleuerat: 1, 34, 2; ¶ erant praeterea cuiusque generis hominum milia circiter VI cum seruis libertisque ⟨*Hotom.;* liberisque *codd.; edd.*⟩: 1, 51, 2.

(**libet:** *erat* ciuile bellum; genus hominum, cui ⟨*Oud.;* quia *f;* quod *ahl; Db.*⟩ liceret ⟨licere *af*⟩ libere ⟨liberare *f*⟩ facere ⟨cui quod liberet liceret facere *Madu.*⟩ et sequi quod uellet ⟨*c*⟩: 2, 29, 3.)

(L.) Scribonius Libo: Caninium Rebilum legatum, familiarem necessariumque Scribonii ⟨-boni *af*⟩ Libonis, mittit ad eum conloquii causa; mandat, ut Libonem de conciliandа pace hortetur: 1, 26, 3; cuius rei magnam partem laudis atque existimationis ad Libonem peruenturam, si illo auctore atque agente ab armis sit discessum: 1, 26, 4; Libo a conloquio Caninii digressus ad Pompeium proficiscitur . . .: 1, 26, 5; praeerat . . . Liburnicae atque Achaicae classi ⟨classis *ahl*⟩ Scribonius ⟨cribonius *hl;* tribonius *O*⟩ Libo et M. Octauius: 3, 5, 3; 9, 1 *u.* **Liburna(e)**; cum . . . se Libo cum Bibulo coniunxisset, loquuntur ambo ex nauibus cum M.' ⟨*c*⟩ Acilio ⟨*c*⟩ et Statio Murco legatis: 3, 15, 6; *cf. qu. sqq.;* ibi certior ab Acilio et Murco per litteras factus de postulatis Libonis et Bibuli legionem relinquit: 3, 16, 2; euocantur illi ad conloquium. prodit Libo atque ⟨b^2; neque *z; u. CC*⟩ excusat Bibulum, quod: 3, 16, 3; *cf.* 16, 4—17, 4; neque hanc rem illi ⟨O^1; *Madu.;* illis *z; del. Ald.; edd.*⟩ esse impedimento. Libo ⟨*sic Madu.;* impedimenti loco *codd.; edd.*⟩ neque legatos Caesaris recipere neque periculum praestare eorum, sed totam rem ad Pompeium reicere; unum instare de indutiis uehementissimeque contendere: 3, 17, 5; *cf.* § 6; Vibullius . . . adhibito ⟨que *add. af*⟩ Libone ⟨librone *ahl*⟩ et L. Lucceio ⟨*c*⟩ et Theophane, quibus*cum* communicare de maximis rebus Pompeius consueuerat, de mandatis Caesaris agere instituit: 3, 18, 3; Libo profectus ab Orico cum classe, cui praeerat, nauium L Brundisium uenit insulamque, quae contra portum Brundisinum est, occupauit: 3, 23, 1; *cf. qu. sqq.;* has (triremes) cum audacius progressas Libo uidisset, sperans intercipi posse quadriremes V ad eas misit: 3, 24, 2; qua necessitate et ignominia permotus Libo discessit a Brundisio obsessionemque nostrorum omisit: 3, 24, 4; testibus se militibus uti posse . . ., quibus modis ad Oricum cum Libone de mittendis legatis contendisset: 3, 90, 2; D. Laelius cum classe ad Brundisium uenit eademque ratione, qua factum a Libone antea demonstrauimus, insulam obiectam portui Brundisino tenuit: 3, 100, 1.

libra: nauem . . . pluribus adgressus nauibus, in quibus ad libram ⟨in qu. altiores *Ciacc.*⟩ fecerat turres, . . . nostros uicit: 3, 40, 2.

librilis: fundis librilibus sudibusque, quas in opere disposuerant, ac ⟨*c*⟩ glandibus Gallos ⟨*c*⟩ proterrent: VII 81, 4.

Liburna(e): discessu Liburnarum ⟨Libonis *Paul*⟩ ex Illyrico M. Octauius cum iis ⟨*c*⟩ quas habebat nauibus Salonas peruenit: 3, 9, 1.

Liburnicus: praeerat . . . Liburnicae atque Achaicae classi Scribonius Libo et M. Octauius: 3, 5, 3.

(**licenter:** de suis homines laudibus libenter ⟨licenter *Paul*⟩ praedicant: 2, 39, 4.)

licentia. A. obi.: quod illis (improbis) licentiam timor augeat noster: 2, 31, 4; ¶ at ⟨*c*⟩ etiam ut media nocte proficiscamur addunt, quo maiorem, credo, licentiam habeant qui peccare conentur: 2, 31, 7; ¶ licentiam adrogantiamque (eorum se) reprehendere, quod plus se quam imperatorem de uictoria . . . sentire existimarent: VII 52, 3.

B. gen.: qui (milites) iam in consuetu-

dinem Alexandrinae uitae ac licentiae uenerant et nomen disciplinamque populi Rom. dedidicerant ⟨*c*⟩: 3, 110, 2.

C. abl.: ueritus, ne militum introitu et ⟨in *Ciacc.*⟩ nocturni temporis licentia oppidum diriperetur: 1, 21, 2; ¶ cum . . . omnes sine timore iter facerent usi ⟨*O*²; usu *z*⟩ superiorum temporum atque itinerum licentia: 1, 51, 2.

liceor: complures annos . . . uectigalia paruo pretio redempta habere (Dumnorigem), propterea quod illo licente ⟨dicente *C*β⟩ contra liceri ⟨*Ald.*; licere α; dicere *C*β⟩ audeat nemo: I 18, 3.

licet. A. additur subi.; a) pronom.: ne . . . reliquae nationes sibi idem licere arbitrarentur: III 10, 2; ¶ liceretne ciuibus ad ciues . . . legatos mittere, quod etiam fugitiuis ab saltu Pyrenaeo praedonibusque licuisset: 3, 19, 2.

b) infin.; α) non additur datiuus: sed licere, si uelint, in Vbiorum finibus considere: IV 8, 3; ¶ multis in ciuitatibus harum rerum exstructos *cumulos locis consecratis ⟨*o*⟩ conspicari licet: VI 17, 4; ¶ alius alia causa inlata . . . petebat, ut eius uoluntate discedere liceret: I 39, 3; ¶ (si quidem ex castris egredi non liceret ⟨*haec uerba del. Paul*⟩: VI 36, 2;) ¶ neque longius anno remanere uno in loco colendi ⟨*c*⟩ causa licet: IV 1, 7; ¶ Lentulus ut in oppidum reuerti liceat petit; . . . facta potestate discedit: 1, 22, 6; ¶ hic subitam commutationem fortunae uidere licuit: 3, 27, 1; in castris Pompei uidere licuit trichilas ⟨*c*⟩ structas ⟨*c*⟩ . . .: 3, 96, 1; ¶ quoad licebat latiore uti *Voss.*; ut *z*⟩ spatio: 1, 58, 1.

β) additur datiuus; αα): petieruntque, uti sibi secreto [in occulto] de sua omniumque salute cum eo agere liceret. ea re impetrata: I 31, 1; ¶ quod legibus Haeduorum iis ⟨*c*⟩, qui summum magistratum obtinerent, excedere ex finibus non liceret: VII 33, 2; quorum (equitum) nulli ex itinere excedere licebat, quin . . . exciperetur: 1, 79, 5; ¶ rogare (se), ut eius uoluntate id sibi facere liceat: I 7, 3; petierunt, uti sibi concilium totius Galliae in diem certam indicere idque Caesaris uoluntate facere liceret ⟨idque *et* facere *del. Hartz*⟩: I 30, 4; *erat* ciuile bellum; genus hominum, cui ⟨*Oud.*; quia *f*; qui *O*; quod *ahl*; *Db.*⟩ liceret ⟨licere *af*⟩ libere ⟨liberare *f*⟩ facere ⟨cui quod liberet liceret facere *Madu.*⟩ et sequi quod uellet ⟨uel *af*⟩: 2, 29, 3; ¶ indicere: I 30, 4 *u.* facere; ¶ postulabat Caesar, ut legatos sibi ad Pompeium sine periculo mittere liceret: 3, 17, 2; liceretne ciuibus ad ciues de pace tuto ⟨*c*⟩ legatos mittere: 3, 19, 2; ¶ Sequanisque permitteret, ut, quos (obsides) illi haberent, uoluntate eius reddere illis liceret: I 35, 3; ¶ sequi: 2, 29, 3 *u.* facere.

ββ): licere illis incolumibus per se ⟨per se incol. β⟩ ex hibernis discedere et quascumque in ⟨*c*⟩ partes uelint sine metu proficisci: V 41, 6; (VI 35, 8 *u.* **d)**.)

c) acc. c. inf. (inf. pass.): hic ⟨*Ald.*; his *codd.*⟩ cognosci licuit, quantum esset hominibus praesidii in animi firmitudine: 3, 28, 4; ¶ quod antea de conloquio postulasset, id per se fieri licere: I 42, 1; (3, 1, 1 *u.* **d)**.)

d) dat. et acc. c. inf.: quid uos, inquit, hanc . . . tenuem sectamini praedam, quibus licet iam esse fortunatissimos ⟨*AQ*β; *Schn.*, *Hold.*, *Dt.*²; -simis *BM*; *rell. edd.*⟩? VI 35, 8; is enim erat annus, quo per leges ei ⟨eum *b*⟩ consulem fieri liceret: 3, 1, 1.

B. subaudiend. est subiect. (inf.): qui, si per te liceat, perendino die . . . communem cum reliquis belli casum sustineant, non . . . intereant: V 30, 3; respondit, si uelit secum conloqui, licere: V 36, 2; seu quis Gallus seu ⟨*c*⟩ Romanus uelit ante horam tertiam ad se transire, sine periculo licere; post id tempus non fore potestatem: V 51, 3; sua sponte, dum sine periculo liceret, excederet Gadibus: 2, 20, 3.

Licinius Damasippus: ipse (Iuba) equo in oppidum uectus prosequentibus compluribus senatoribus, quo in numero erat Ser. Sulpicius et Licinius Damasippus, . . . imperauit: 2, 44, 3.

lictor(es): lictoresque habent in urbe et ⟨*c*⟩ Capitolio priuati ⟨*Steph.*; priuatim *codd.*⟩ contra omnia uetustatis exempla: 1, 6, 7; erat plena ⟨plane *a*⟩ lictorum et † imperiorum ⟨et apparitorum *Forchh.*; et interpretum *Paul*⟩ prouincia, differta † praeceptis ⟨praefectis *Ald.*; praeconibus *Paul*⟩ atque exactoribus, qui praeter imperatas pecunias suo etiam priuato compendio seruiebant. dictitabant enim se domo patriaque expulsos omnibus necessariis egere rebus, ut honesta praescriptione rem turpissimam tegerent: 3, 32, 4.

Liger. *Acc.* ligerim *exstat in X* VII 5, 4, *in B*²*M*²β VII 56, 3, *in* β VII 11, 9; *etiam Hirtius* VIII 27, 2 *scripsit* ligerim; (ligerem *in* α VII 11, 9 *et* 56, 3;) *abl.* ligeri *in B*²*(a)fh* III 9, 1, *in BM* VII 59, 1; ligere *in* α III 9, 1, *in AQ*β VII 59, 1. *(Orosii codd. optimi habent* ligero VI 8, 10. *Plin.* IV 107 *Sillígius edidit* Ligerim, *Detlefs.* Ligerem *nulla scriptu-*

rae discrepantia indicata.) Caesarem constanter aut Ligerim, Ligeri *aut* Ligerem, Ligere *scripsisse ueri simillimum est. Mihi quidem* Ligerim *et* Ligeri *ei tribuendum uidetur.*

naues interim longas aedificari in flumine Ligeri ⟨*c*⟩, quod influit in ⟨*c*⟩ Oceanum, . . . iubet: III 9, 1; qui cum ad flumen Ligerim uenissent, quod Bituriges ab Haeduis diuidit, paucos dies ibi morati neque flumen transire ausi domum reuertuntur: VII 5, 4; *cf.* § 5; quod oppidum Cenabum pons fluminis Ligeris contingebat ⟨β; continebat α⟩: VII 11, 6; *cf.* § 7. (8); exercitum Ligerim ⟨*c*⟩ traducit atque in Biturigum fines peruenit: VII 11, 9; Nouiodunum erat oppidum Haeduorum ad ripas Ligeris oportuno loco positum: VII 55, 1; *cf.* § 8; praesidia custodiasque ad ripas Ligeris disponere . . . coeperunt: VII 55, 9; quod Liger ex niuibus creuerat, ut omnino uado non posse transiri ⟨*c*⟩ uideretur: VII 55, 10; (*cf* 56, 1;) contra omnium opinionem ad Ligerim ⟨*c*⟩ uenit: VII 56, 3; *cf.* § 4; Gallique in conloquiis interclusum itinere ⟨Elauere *de Saulcy*⟩ et Ligeri ⟨*c*⟩ Caesarem inopia frumenti coactum in prouinciam contendisse confirmabant: VII 59, 1.

lignatio: qui (milites) lignationis munitionisque causa in siluas discessissent: V 39, 2.

lignator: subitoque oppressis lignatoribus magna manu ad castra oppugnatum ⟨*c*⟩ uenerunt: V 26, 2.

ligneus: celeriter ciues Rom. ligneis effectis turribus his sese munierunt: 3, 9, 3.

lignor: neque lignandi atque ⟨neque *Ol*⟩ aquandi neque naues ad terram *deligandi potestas fiebat: 3, 15, 2; milites . . . alii lignandi ⟨ligandi *a*⟩ pabulandique causa longius progrediebantur: 3, 76, 2.

lignum: pedalibus lignis coniunctis inter se porticus integebantur: 2, 2, 3; — summis angustiis rerum necessariarum premebantur, adeo ut cogerentur sicuti reliquum commeatum ita ligna atque aquam Corcyra ⟨*c*⟩ nauibus onerariis supportare: 3, 15, 3; ¶ omnibus rebus obsessi, . . . aquae, lignorum ⟨ligni *O*¹*hl*⟩, frumenti inopia, conloquium petunt: 1, 84, 1; ¶ antecedebat testudo pedum LX . . . facta item ex fortissimis ⟨firmissimis *Hotom.*⟩ lignis: 2, 2, 4.

(**ligo:** ut, quo maior uis aquae se incitauisset, hoc artius (tigna) inligata ⟨ligata β⟩ tenerentur: IV 17, 7.)

lilium: scrobes . . . fodiebantur . . . . huc teretes stipites . . . demittebantur ⟨*c*⟩. . . . huius generis octoni ordines ducti ⟨*c*⟩ ternos inter se pedes distabant. id ex similitudine floris lilium appellabant ⟨-abatur β⟩. ante haec taleae ⟨*c*⟩ pedem longae . . . in terram infodiebantur: VII 73, 8. 9.

limen: constabat Elide in templo Mineruae . . . simulacrum Victoriae . . . ad ualuas se templi limenque conuertisse: 3, 105, 2.

linea: alternis trabibus ac saxis, quae rectis lineis suos ordines seruant: VII 23, 5.

Lingones. *Plurimi codd. habent* lingones; *sed* linguon. *inuenitur in* β VII 66, 2, *in af* I 40, 11, *in a* I 26, 5. 6, *in h* VI 44, 3 *et* VII 63, 7; *acc. plur.* (lingo)nas *exstat in X* I 26, 6, *in B*²β I 40, 11; *(qua forma etiam Tacitus constanter uidetur usus esse;)* lingones *in X* VII 9, 4. *(Errore* I 26, 5 *in MB*² *scriptum est* lingunum, I 26, 6 *in A* ligogonas, VII 66, 2 lignorum *in B*¹*M*¹, ligonum *in M*², lingonem *in Q*¹, linguones *in h*¹.*)*

in fines Lingonum ⟨*c*⟩ die quarto peruenerunt: I 26, 5; Caesar ad Lingonas ⟨*c*⟩ litteras nuntiosque misit, ne eos frumento neue alia re iuuarent; qui ⟨*CC*⟩ si iuuissent, se eodem loco quo Heluetios habiturum: I 26, 6; frumentum Sequanos, Leucos, Lingones ⟨*c*⟩ sumministrare: I 40, 11; Mosa profluit ex monte Vosego, qui est in finibus Lingonum: IV 10, 1; duas legiones ad fines Treuerorum, duas in Lingonibus, sex reliquas in Senonum finibus Agedinci in hibernis conlocauit: VI 44, 3; per fines Haeduorum in Lingones contendit, ubi duae legiones hiemabant. . . . eo cum peruenisset, ad reliquas legiones mittit priusque omnes in unum locum cogit, quam: VII 9, 4. 5; ab hoc concilio Remi, Lingones, Treueri afuerunt, illi, quod amicitiam Romanorum sequebantur, Treueri, quod . . .: VII 63, 7; cum Caesar in Sequanos ⟨in S. *om.* β⟩ per extremos Lingonum ⟨*c*⟩ fines iter faceret: VII 66, 2.

lingua: commodissimum uisum est . . . Procillum . . . et propter fidem et propter linguae Gallicae scientiam, qua ⟨*c*⟩ multa ⟨*c*⟩ iam Ariouistus longinqua consuetudine utebatur, . . . mittere: I 47, 4; ¶ qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur: I 1, 1; — hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt: I 1, 2.

lingula: erant eius modi fere situs oppidorum, ut posita in extremis lingulis promuntoriisque neque pedibus aditum haberent . . . neque nauibus: III 12, 1.

linter: conquirit etiam lintres ⟨luntres α; lyntres *B*²⟩; has magno sonitu remorum incitatas in eandem partem mittit ⟨*o*⟩: VII 60, 4; aut lintribus inuentis sibi salutem reppererunt ⟨*CC*⟩: I 53, 2; — id (flumen) Hel-

uetii ratibus ac lintribus ⟨lintibus *AQ*⟩ iunctis transibant: I 12, 1; ¶ duasque naues cum militibus . . . scaphis lintribusque ⟨lyntr. *a*⟩ reprehendunt: 1, 28, 4.

linum: pelles (erant) pro uelis alutaeque tenuiter confectae, hae ⟨*CC*⟩ siue propter lini inopiam ⟨inop. lini β⟩ atque eius usus inscientiam ⟨*c*⟩ siue: III 13, 6.

lis: (in *is* desinentia longam, cuiuscumque sint generis, Latina ablata *s*, addita *tis* faciunt genetiuum, ut haec lis, litis, hic et haec Samnis, huius Samnitis. sic Caesar de analogia: *Prisc. inst.* VI 64 *in.*;) arbitros inter ciuitates dat, qui litem aestiment poenamque constituant: V 1, 9.

Liscus: conuocatis eorum (Haeduorum) principibus, . . . in his Diuiciaco et Lisco, qui summo magistratui praeerat ⟨praeerant *X*⟩, quem uergobretum appellant Haedui, qui creatur annuus et uitae necisque in suos habet potestatem, grauiter eos accusat: I 16, 5; tum demum Liscus oratione Caesaris adductus quod antea tacuerat proponit: I 17, 1; *cf. qu. sqq.*; Caesar hac oratione Lisci Dumnorigem . . . designari sentiebat; sed quod pluribus praesentibus eas res iactari nolebat, celeriter concilium dimittit, Liscum retinet. quaerit ex solo ea, quae in conuentu dixerat. dicit liberius atque audacius: I 18, 1. 2; *cf. qu. sqq.*

Lissus. *Cf. Db. ad* 3, 28, 1.

nacti portum, qui appellatur Nymphaeum, ultra Lissum milia passuum III, eo naues introduxerunt: 3, 26, 4; nostrae naues duae . . . contra Lissum ⟨lyssum *a*⟩ in ancoris constiterunt: 3, 28, 1; qui (Otacilius Crassus) Lissi praeerat: 3, 28, 2; conuentus ciuium Romanorum, qui Lissum obtinebant, quod oppidum iis ⟨*c*⟩ antea Caesar attribuerat muniendumque curauerat, Antonium recepit ⟨*c*⟩: 3, 29, 1; pontones . . . Lissi relinquit (Antonius): 3, 29, 3; ipse (Pompeius filius) Lissum profectus naues onerarias XXX a M. Antonio relictas intra portum adgressus omnes incendit; Lissum expugnare conatus defendentibus ciuibus Romanis . . . re infecta inde discessit: 3, 40, 6; item Lisso Parthinisque et ⟨*CC*⟩ omnibus castellis quod esset frumenti conquiri iussit: 3, 42, 4; praesidioque Apolloniae cohortibus ⟨cohortium *Nz*⟩ IIII, Lissi I, III Orici relictis . . . iter facere coepit: 3, 78, 5.

Litauiccus. *In plurimis codd. exstat* litauiccus; *sed* litauicus *est in α* VII 40, 7, *in a* VII 37, 7; 39, 3; 42, 1; (litauictus *in A* VII 37, 1; 38, 4 *(Hold. teste)*; lictauiccus *in AQ* VII 38, 6, *in A (teste Frig.)* VII 38, 4; litauius *in a* VII 37, 1; litiuiccus *in BM* VII 40, 6; tali uiccus *in M* VII 37, 7.) *Cf. Glück p. 119—121.*

(Conuictolitauis) cum quibusdam adulescentibus conloquitur, quorum erat princeps Litauiccus atque eius fratres ⟨frater *fh*⟩, amplissima familia nati adulescentes: VII 37, 1; *cf.* § 2—6; placuit, ut ⟨*c*⟩ Litauiccus decem illis milibus, quae Caesari ad bellum mitterentur, praeficeretur atque ea † ducenda curaret fratresque eius ad Caesarem praecurrerent . . . .: VII 37, 7; Litauiccus accepto exercitu, cum milia passuum circiter XXX ⟨*c*⟩ ab Gergouia abesset, conuocatis subito militibus lacrimans Quo proficiscimur, inquit, milites? VII 38, 1. 2; *cf. qu. sqq.*; producuntur ii, quos ille edocuerat, quae dici uellet, atque eadem, quae Litauiccus pronuntiauerat, multitudini exponunt: VII 38, 4; conclamant Haedui et Litauiccum obsecrant, ut sibi consulat: VII 38, 6; *cf.* § 7—10; Eporedorix cognito Litauicci consilio . . . rem ad Caesarem defert: VII 39, 3; *cf. qu. sqq.*; fratres Litauicci cum comprehendi iussisset, paulo ante repperit ad hostes fugisse ⟨*c*⟩: VII 40, 3; his cognitis et Litauicci fraude perspecta Haedui . . . mortem deprecari incipiunt: VII 40, 6; Litauiccus cum suis clientibus . . . Gergouiam profugit ⟨*c*⟩: VII 40, 7; Haedui primis ⟨*c*⟩ nuntiis ab Litauicco acceptis nullum sibi ad cognoscendum spatium relinquunt: VII 42, 1; Litauicci fratrumque bona publicant: VII 43, 2; discit cum omni equitatu Litauiccum ad sollicitandos Haeduos profectum: VII 54, 1; cum . . . coguouissent Litauiccum Bibracte ⟨*c*⟩ ab Haeduis receptum, . . . Conuictolitauem magistratum magnamque partem senatus ad eum conuenisse: VII 55, 4; qui (Cauarillus) post defectionem Litauicci pedestribus copiis praefuerat: VII 67, 7.

litterae. (literae V 11, 2 *inuenitur in a.*)

A. propr. (litterarum formae): in castris Heluetiorum tabulae repertae sunt litteris Graecis confectae: I 29, 1; — hanc (epistulam) Graecis conscriptam litteris mittit, ne intercepta epistula nostra ab hostibus consilia cognoscantur: V 48, 4; — neque fas esse existimant ea litteris mandare, cum in reliquis fere ⟨*o*⟩ rebus, publicis priuatisque rationibus, Graecis litteris utantur ⟨utantur litteris β⟩: VI 14, 3.

B. trsl. (ut γράμματα) = quicquid scriptum est; a) = liber, scriptum: litteris mandare: VI 14, 3 *u.* **A.** *extr.*; ¶ quod neque in uulgum disciplinam efferri uelint neque eos, qui discunt ⟨*c*⟩, litteris confisos minus memoriae studere; quod fere plerisque accidit,

ut praesidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant: VI 14, 4.

b) = **epistula; α) subi.**: Scipionem properantem sequi litterae sunt consecutae a M. Fauonio, Domitium cum legionibus adesse neque se praesidium . . . tenere posse: 3, 36, 6.

β) obi.: litteras accipere *u.* **accipio** *p. 78* **β)** *(4 loc.)*; ¶ adferre: **(**V 45, 4 *u.* efferre;**)** quibus litteris circiter media ⟨*c*⟩ nocte ⟨*c*⟩ Caesar adlatis suos facit certiores: V 49, 4; ¶ **(**cognoscere: VII 90, 8 *u.* **δ)** cognoscere;**)** ¶ huic dat litteras mandataque ad eum, quorum ⟨quarum *NOhl; Db.*⟩ haec erat summa: 3, 57, 2; ¶ seruo . . . persuadet praemiis, ut litteras ad Caesarem deferat: V 45, 3; qui litteras ad Caesarem deferat ⟨referat β⟩: V 49, 2; ¶ dimittere: **(**V 47, 5 *u.* remittere;**)** Milo dimissis circum municipia litteris *se* ea, quae faceret, iussu atque imperio facere Pompei, . . . sollicitabat: 3, 22, 1; simul a Pompeio litteris per omnes prouincias ciuitatesque dimissis ⟨demissis *Oal*⟩ **de* proelio ad Dyrrachium facto . . . fama percrebuerat: 3, 79, 4; ¶ has (litteras) ille in ⟨*om.* β⟩ iaculo inligatas ⟨implicatas *Hoffm.*⟩ effert ⟨adfert β⟩: V 45, 4; ¶ Caesar ad Lingonas litteras nuntiosque misit, ne eos . . . iuuarent . . .: I 26, 6; mittuntur ad Caesarem confestim a ⟨*c*⟩ Cicerone litterae ⟨nuntiique *add. Eussn.*⟩ magnis propositis praemiis, si ⟨qui *H. J. Müller*⟩ pertulissent: V 40, 1; tanto crebriores litterae nuntiique ad Caesarem mittebantur (a Cicerone): V 45, 1; cum litteras ad senatum miserit, ut omnes ab exercitibus discederent, ne id quidem impetrauisse ⟨*c*⟩: 1, 9, 3; uti ad Pompeium litteras (Libo) mitteret, naues reliquas, si uellet, subduci . . . iuberet: sua classe auxilia sese Caesaris prohibiturum: 3, 23, 3; ¶ perferre: V 40, 1 *u.* mittere; quibus litteris nuntiisque Romam perlatis magni domum concursus ad Afranium . . . fiebant: 1, 53, 3; ¶ litteris perlectis Domitius . . . pronuntiat: 1, 19, 1; ¶ recitare: 1, 1, 1 *u.* reddere; ¶ litteris ab eo C. ⟨*Db.*; litteris a fabio c. *Ofhl*[2]; litt. a fabio cs. *l*[1]; litt. a fabio cum *a*; [a Fabio C.] *Scal.; Np.*; litt. a Gaio *Oud.; Dt.*⟩ Caesaris ⟨caesare *a*; *Oud.; Dt.*⟩ consulibus redditis ⟨litteris (Caesaris a C. Curione) consulibus redditis *Ciacc.*⟩ aegre ab his impetratum est . . ., ut in senatu recitarentur: 1, 1, 1; progresso ei paulo longius litterae a ⟨*add. O*[2]*bf*[2]*; Ald.; Dt.; om. z; Np., Db.*⟩ Gadibus redduntur, simul atque sit cognitum de edicto Caesaris, consensisse Gaditanos principes cum tribunis cohortium . . ., ut . . . expellerent: 2, 20, 2; litterae ei (Scipioni) redduntur ⟨traduntur *f*⟩ a Pompeio, mare transisse cum legionibus Caesarem: properaret . . . uenire: 3, 33, 1; ¶ referre: V 49, 2 *u.* deferre; ¶ Labienus . . . litteras Caesari remittit ⟨β; mittit *f*; dimittit α⟩, quanto cum periculo legionem . . . educturus esset; rem gestam in Eburonibus perscribit; docet: V 47,5; ¶ (scribere: 3, 71, 3 *u.* **ε) γγ)**.)

γ) genet.: festinationi meae breuitatique litterarum ignosces: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A;* ¶ quarum ⟨*c*⟩ (litterarum) summa: 3, 57, 2 *u.* **β)** dare.

δ) abl.: et crebris Pompei litteris castigabantur, quoniam . . . non prohibuissent, *at . . . impedirent: 3, 25, 3; ¶ **(**† his litteris cognitis ⟨α; *(Np., Db.;) Fr.*; his [litteris] cogn. *Kr.; Hld.*; his rebus litt. Caes. cognitis *Faerni liber; Schn.*; his rebus ex litteris Caesaris cogn. *Dt.*; huius anni rebus cogn. β⟩ Romae dierum uiginti supplicatio redditur: VII 90, 8;**)** ¶ his nuntiis litterisque commotus Caesar duas legiones . . . nouas conscripsit: II 2, 1; ¶ per orbem terrarum fama ac litteris uictoriam eius diei concelebrabant ⟨*c*⟩: 3, 72, 4; ¶ hunc . . . quae fieri uellet litteris nuntiisque edocuit: 3, 108, 2; ¶ crebri ad eum rumores adferebantur litterisque item Labieni certior fiebat . . .: II 1, 1; Calenus . . . litteras a Caesare accipit ⟨accep. *l*⟩, quibus est certior factus . . .: 3, 14, 1; ¶ iamque Caesaris in Hispania res secundae in Africam nuntiis ac ⟨*c*⟩ litteris perferebantur: 2, 37, 2; ¶ gaudeo mehercule uos significare litteris, quam ualde probetis ea, quae apud Corfinium sunt gesta: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C,* 1; ¶ Fabius finitimarum ciuitatum animos litteris nuntiisque temptabat: 1, 40, 1.

ε) c. praep.; αα) cum: Domitius ad Pompeium . . . peritos regionum . . . cum litteris mittit: 1, 17, 1.

ββ) ex: eadem fere, quae ex nuntiis litterisque ⟨que *om.* β; litterisque *delend. cens. Vielh.*⟩ cognouerat, coram perspicit: V 11, 2; (VII 90, 8 *u.* **δ)** cognoscere;) ¶¶ ob easque res ex litteris Caesaris dierum ⟨*c*⟩ quindecim supplicatio decreta est: II 35, 4; his rebus gestis ex litteris Caesaris dierum uiginti supplicatio a senatu decreta est: IV 38, 5; ¶ ut uero ex litteris ad senatum referretur ⟨refertur *a*⟩ impetrari non potuit: 1, 1, 1.

γγ) in: perscribit in litteris hostes . . . discessisse: V 49, 3; ¶ in litteris scribit se . . . celeriter adfore; hortatur, ut: V 48, 6; hoc (imperatoris) nomen obtinuit atque ita se postea salutari passus *est* ⟨*add. V.*⟩; sed ⟨neque *Np.;*

edd.⟩ in litteris numquam ⟨*Bergk;* quas *codd.; edd.*⟩ scribere est solitus ⟨hoc nomine abstinuit neque ita se p. sal. passus est neque in litt. praescribere est solitus *Paul*⟩ neque in fascibus insignia laureae praetulit: 3, 71, 3.

δδ) per: ibi ⟨*c*⟩ certior ab Acilio et Murco per litteras factus de postulatis Libonis et Bibuli legionem relinquit: 3, 16, 2; ¶ Caesar enim per litteras Trebonio magnopere mandauerat, ne . . . pateretur: 2, 13, 3.

c) = tabulae publicae: quod ibi impedimenta exercitus, obsides ciuitatum ⟨*c*⟩, litteras publicas frumentumque omne ... relinquebat: V 47, 2.

(**Fama ac litterae:** 3, 72, 4;) **litterae mandataque:** 3, 57, 2; **litterae nuntiique:** I 26, 6; II 2, 1; V 11, 2; (40, 1;) 45, 1; 1, 40, 1; 53, 3; 2, 37, 2; 3, 108, 2; (**rumores . . . litterae:** II 1, 1.)

Litterae = epistulae: II 1, 1 (?); 2, 1 (?); V 40, 1; 45, 1; 1, 40, 1; 53, 3; 2, 37, 2; 3, 22, 1; 25, 3; 71, 3; 72, 4; 79, 4; 108, 2 (?).

Litterae ab alqo: (1, 1, 1;) 2, 20, 2 (?); 3, (14, 1;) 33, 1; 36, 6.

Sequ. acc. c. inf. (or. obl.): I 26, 6; V 47, 5; 1, 9, 3; 2, 20, 2; 3, 22, 1; 23, 3; 33, 1; 36, 6.

Adiect.: crebrae: II 1, 1 (?); 3, 25, 3; crebriores: V 45, 1; Graecae: I 29, 1; V 48, 4; VI 14, 3; publicae: V 47, 2.

litus. *Scriptum est* littus *in BMβ* V 9, 1, *in A* IV 26, 2, *in al* 2, 26, 4, *in af* 2, 43, 4, *in a* 2, 23, 3; 3, 8, 4; 15, 2; 25, 4; 73, 3.

C. superl. minimus; a) adiect.: qua minima altitudo fluminis erat: I 8, 4; ¶ ne minimo ⟨minimum *Pluyg.*⟩ quidem casu ⟨casui β⟩ locum relinqui debuisse: VI 42, 1; ¶ nec minimam ⟨nimiam *af*⟩ partem temporis equitum uim caetrati sustinere potuerunt: 1, 70, 5.

b) ui subst.; α): ut quam minimum spatii ad se colligendos armandosque ⟨*c*⟩ Romanis daretur: III 19, 1.

β): cum ipse gratia plurimum domi atque in reliqua Gallia, ille minimum propter adulescentiam posset: I 20, 2.

minus (aduerb.). A. ui comparatiui; a) sequitur quam; α) non minus quam *u.* **non** *p. 789* **b)** *(7 loc.).*

β) nec minus quam: nec minus, quam est pollicitus, Vercingetorix animo laborabat, ut: VII 31, 1; nec ⟨non β⟩ minus se in ⟨*c*⟩ milite modestiam . . . quam uirtutem . . . desiderare: VII 52, 4.

b) non sequitur quam; α) additur negatio: non minus qui intra munitiones erant perturbantur Galli ⟨*o*⟩: VII 70, 6; — (Vibullius ⟨*c*⟩ *expositus Corcyrae non minus necessarium esse existimauit . . . Pompeium fieri certiorem . . . [ante]quam de mandatis agi [inciperet] ⟨*u. CC*⟩: 3, 11, 1;) ¶ neque minus ob eam causam ciuibus Romanis . . . certae pecuniae imperabantur: 3, 32, 6; ut libere pabulari ⟨*c*⟩ posset nec minus aditum nauibus haberet: 3, 65, 4; ¶ nulli omnium has partes uel querimoniae uel miserationis minus conuenisse: 1, 85, 1.

β) non additur negatio; αα) additur abl. mensurae; 𝔄) eo minus: ad hostes contendit eo minus ueritus nauibus, quod: V 9, 1.

𝔅) nihilo minus *u.* **nihil** *p. 775* **γ)** *(5 (6) loc.).*

ℭ) paulo minus: *u.* **ββ) 𝔅)** *extr. (2 loc.).*

𝔇) quo minus: atque eo grauius (eas res se) ferre, quo minus merito populi Romani accidissent: I 14, 1.

Coniunctionem quo minus *u. s. u.* **quominus.**

ββ) non additur abl. mensurae; minus pertinet 𝔄) ad adiect.: minus exercitatus, minus peritus: 1, 58, 3 *u.* **B. a)** exercitatus; ¶ propter crebras commutationes aestuum minus magnos ibi fluctus ⟨*o*⟩ fieri cognouerat: V 1, 2; ¶ qui se ex his minus timidos existimari uolebant: I 39, 6.

𝔅) ad numeral.: a ⟨*c*⟩ milibus passuum minus duobus castra posuerunt: II 7, 3; nam minus horis tribus milium pedum ⟨*c*⟩ XV ⟨*c*⟩ in circuitu ⟨*c*⟩ munitionem perfecerunt: V 42, 4; comperit minus V et XX milibus longe ab Vtica eius copias abesse: 2, 37, 3; ¶ eo die milites sunt paulo ⟨paulum α⟩ minus septingenti ⟨milites paulo minus .DCC. sunt β⟩ desiderati: VII 51, 4; harum altera nauis CCXX e legione tironum sustulerat, altera ex ueterana paulo minus CC: 3, 28, 3.

ℭ) ad aduerb. *u.* **B. b).**

B. = non ita (multum), parum; pertinet a) ad adiect.: intellectum est nostros propter grauitatem armorum ⟨*c*⟩ . . . minus aptos esse ad huius generis hostem: V 16, 1; ¶ quod ualetudine minus commoda utebatur: 3, 62, 4; ¶ *nostri* cum ⟨quo *af*; qui *Nhl*; quom *Elberl.*; *Np.*⟩ minus exercitatis remigibus minusque peritis gubernatoribus utebantur, . . . tum: 1, 58, 3; ¶ quod ⟨*c*⟩ minus idoneis equis utebantur: VII 65, 5; ¶ minus peritus: 1, 58, 3 *u.* exercitatus.

b) ad aduerb.: illi perterriti uirtute equitum minus libere, minus audacter uagabantur: 1, 59, 2; ¶ eadem de causa minus commode copulis ⟨*c*⟩ continebantur: III 13, 8; animaduertit . . . ob eam causam minus commode frumentum commeatumque sibi supportari: III 23, 7; et amicitiae grauiorem iniuriam feceris et tibi minus commode consulueris, si: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1; ¶ minus facile *u.* **facile** *p. 1248* **β) αα)** *(4 loc.)*; ¶ fiebat, ut et minus late uagarentur et minus facile finitimis bellum inferre possent: I 2, 4; ¶ minus libere: 1, 59, 2 *u.* audacter.

c) ad uerba: ne . . . ea pars, quae minus sibi ⟨*c*⟩ confideret, auxilia a Vercingetorige arcesseret: VII 33, 1; ¶ eo autem frumento, quod flumine Arari ⟨*c*⟩ nauibus subuexerat, propterea uti minus poterat, quod: I 16, 3; (cum ⟨*c*⟩ propter longitudinem agminis minus facile ⟨*sic Aldus*; minus facere α; non facile β; minus *Fr.*⟩ omnia per se obire et . . . prouidere possent: V 33, 3;) ¶ quod neque in uulgum disciplinam efferri uelint neque eos, qui discunt ⟨*c*⟩, litteris confisos minus memoriae studere: VI 14, 4.

C. = non: eo consilio, ut, si possent, castel-

lum . . . expugnarent pontemque interscinderent, si minus potuissent ⟨*del. Hot.*⟩, agros Remorum popularentur: II 9, (4.) 5; uti aut iterum conloquio diem constitueret aut, si id minus uellet, ex ⟨*c*⟩ suis legatis aliquem ad se mitteret: I 47, 1.

minime. A. ui superlat.; a) c. adiect.: qua minime arduus ad nostras munitiones ascensus uidebatur: II 33, 2; ¶ quod eam ⟨*o*⟩ partem minime firmam hostium esse animaduerterat: I 52, 2; quas (cohortes) minime firmas ad dimicandum esse existimabat: VII 60, 2; quae minime uisa pars firma est ⟨min. p. f. esset β⟩, huc concurritur: VII 84, 2.

b) c. uerb.: quod, ut supra demonstrauimus, minime homines ⟨*Dauis.*; omnes *X*; *edd.*; omnium *Lips.*; *del. Apitz.*⟩ Germani agri culturae student: VI 29, 1.

B. = nequaquam, nullo modo: quod a cultu atque humanitate prouinciae longissime absunt minimeque ad eos mercatores saepe commeant ⟨mercat. commetant *Bergk*⟩: I 1, 3; ¶ mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est: III 19, 6; — (ut . . . iter in prouinciam conuerteret, id ne metu quidem ⟨*Steph.*; ut ne metu quidem α; ut nemo tunc quidem β; id minime tum quidem *Dauis.*⟩ necessario faciundum existimabat: VII 56, 2.)

pasco: multaque erant intra eum locum manu sata, quibus interim iumenta pasceret 3, 44, 3.

passim: Numidae enim ⟨*c*⟩ quadam barbara consuetudine nullis ordinibus passim consederant: 2, 38, 4; ¶ reliqua multitudo puerorum mulierumque . . . passim fugere coepit: IV 14, 5.

passus. *In B. Gall. plerumque plene uidetur scriptum esse* passus, passuum, passibus; *sed* p̃ *inuenitur in* α (passuum *in* β) VII 69, 3, p̃ *in AB*, P *in M*, paš *in a* (passuum *in Qh?*) VII 40, 4; p̃ *in* α, pedū *in* B^2, (passuum *om. in* β) V 42, 4; ⟨p̃ (= pedum) *in* β, pedum *in* α II 30, 2.⟩

pass. *uel* pašš. (*uel similiter*) *scriptum exstat in* β (passuum *in* α) IV 3, 2; V 13, 7; 32, 1; 53, 1; VII 79, 2; *in a* II 18, 2 (= passus); VII 40, 4 (= passuum); *in h* VII 69, 6 (= passuum); — (passum *est in Apr.*, passuum *in rell.* I 23, 1; passerum *in Apr.* I 15, 5;) passuum *om. fh* VII 3, 3.

In B. Ciu. fere constanter pro genet. in f scriptum esse passus *dicit Db. ad* 1, 40, 1; *idem cod. habet* passibus (*pro* passuum) 1, 54, 3; 61, 4; 2, 23, 2; — pass. (*uel* paš.) *est in Nahl pro* passus (*an* passibus?) 2, 24, 4; pass. *in Oahl pro* passuum 2, 23, 2; *item, ut uidetur*, 3, 37, 2 *et* 97, 3; pass. (= passuum) *in hl* 1, 54, 3 *et* 61, 4; *in ah* 2, 38, 3 (passus *errore in fl*); *in a* 3, 38, 1 *et* 63, 4; pass. (= passuum) *in h*, passus *in afl* 2, 39, 2; passum (*pro* passuum) *in a* 3, 76, 3; — *omiss. est* passuum *in af* 1, 43, 1. — *Plene scriptum est in z, si quid tribuendum est Dübneri silentio*, passus 3, (66, 6 *et*) 67, 2; passuum 1, 16, 2; (45, 5;) 65, 3; 66, 4; 3, 44, 3; 112, 2; passibus 1, 41, 3; 3, 66, 3.

A. abl.: ab infimis radicibus montis intermissis circiter passibus CCCC castra facere constituit: 1, 41, 3.

B. acc. spatii (mensurae); a): I 25, 5 *u.* **C. c)** spatium; hic ⟨*c*⟩ locus ab hoste circiter passus sescentos . . . aberat: I 49, 3; oppidi murus a ⟨*c*⟩ planitie atque initio ascensus recta regione . . . mille CC passus aberat: VII 46, 1; abest derecto itinere ab Vtica paulo amplius passus ⟨pass. *Nahl*; passibus?⟩ mille ⟨mil. *Nahl*⟩: 2, 24, 4; is ⟨*c*⟩ locus aberat *a* nouis Pompei castris circiter passus quingentos: 3, 67, 2; ¶ (perducere: 3, 66, 6 *u.* **C. c)** munitio;) ¶ ab oppido autem decliuis locus *leni fastigio uergebat in longitudinem ⟨-ne *hl*⟩ passus ⟨*ego*; passuum *z*; *edd.*⟩ circiter CCCC: 1, 45, 5.

b): locus erat castrorum editus et paulatim ab imo adcliuis circiter passus mille: III 19, 1; ¶ collis nascebatur . . ., passus ⟨passibus B^2⟩ circiter ducentos ⟨ducentis B^2⟩ infimus apertus, ab superiore parte siluestris: II 18, 2.

c): ultra eum locum . . . circiter passus sescentos ab his, castris idoneum locum delegit: I 49, 1.

C. gen.; a): transuersam fossam obduxit ⟨*c*⟩ circiter passuum quadringentorum: II 8, 3; ¶ (in longitudinem passuum CCCC: 1, 45, 5 *u.* **B. a)** uergere.)

b): milia; α): (esse: V 13, 6 *u.* **δ)** ββ);) ¶ renuntiat: V milia passuum proxima intercedere ⟨intercidere *Oz*⟩ itineris campestris: 1, 66, 4.

β): castellis enim XXIIII effectis XV milia passuum **in* circuitu amplexus ⟨compl. *Paul*⟩ hoc spatio pabulabatur: 3, 44, 3; ¶ regiones secutus quam potuit aequissimas . . . XIIII milia passuum complexus . . . munitiones . . . perfecit: VII 74, 1; 3, 44, 3 *u.* amplecti; quod ⟨*c*⟩ milium ⟨*ego*; milia *z*; *edd.*; *Clark.*⟩ passuum in circuitu XVII munitiones ⟨*del. Oud.*; *edd.*; munitione *Clark.*⟩ erat complexus: 3, 63, 4; ¶ hoc pertinet ⟨latus tenet β⟩ circiter milia passuum quingenta: V 13, 2; eius

munitionis . . . circuitus XI ⟨c⟩ milia passuum tenebat ⟨patebat *coni. Dt.*⟩: VII 69, 6.

γ): Ariouisti copias a nostris milibus ⟨milia *ego*⟩ passuum quattuor et uiginti abesse: I 41, 5; *u. praeterea* **mille e) α)** *p. 605—607 (32 (35) + 8 loc.).*

δ) αα): cum esset inter bina castra campus circiter milium passuum VI: 3, 37, 2; ¶ sex milium passuum ⟨passus *bfl*⟩ interuallo a Saburra consederat: 2, 38, 3; ¶ ⦅minus horis tribus milium pedum ⟨*Napol.;* passuum *edd.;* p̃. α⟩ XV in circuitu ⟨c⟩ munitionem perfecerunt ⟨decem milium in circuitu munitionem pedum XV perfecerunt β; *u. CC*⟩: V 42, 4; 3, 63, 4 *u.* β) complecti; ¶ quo ex portu commodissimum in Britanniam traiectum esse cognouerat, circiter milium passuum XXX [transmissum] a continenti: V 2, 3; ¶ ⦅postea uallo pedum ⟨α; *Schn., Np.;* p̃. β; passuum *plur. edd.*⟩ XII ⟨*B*²β; *Schn., Np.; om.* α *et plur. edd.*⟩ in circuitu quindecim milium crebrisque castellis circummuniti oppido sese continebant ⟨*u. CC*⟩: II 30, 2.⦆

ββ): hoc (latus) ⟨huic β⟩ milium ⟨*ego;* milia *X; edd.*⟩ passuum *octingentorum in longitudinem esse existimatur ⟨arbitrantur *ae*⟩: V 13, 6; ita omnis insula est in circuitu uicies centum milium passuum: V 13, 7; quod spatium est milium passuum ⟨*om. bdfhk*⟩ circiter centum LX: VII 3, 3.

ε) αα): harum tamen omnium legionum hiberna . . . milibus passuum centum continebantur: V 24, 7.

ββ): ⦅cum . . . ab eo oppido Caesar . . . circiter milia ⟨*om.* α; milib. *a;* mil *h*⟩ passuum quinque abesset: II 13, 2;⦆ *u. praeterea* **mille** *p. 609* **h) β)** *(4 loc.).*

γγ): amplius milibus passuum . . *u.* **amplius** *p. 256 (4 loc.); praeterea* (inueniebat) Sabim flumen a ⟨c⟩ castris suis non amplius milia ⟨milibus?⟩ passuum decem abesse: II 16, 1; ¶ neque longius ab *eo milibus passuum LXXX in *Oceanum influit: IV 10, 2; sese non longius milibus passuum quattuor aquationis causa processurum: IV 11, 4; copias . . . conuenisse neque longius milibus ⟨*recc.;* milium α; mil *a;* milia *M*²; *edd.*⟩ passuum octo ab hibernis suis afuisse ⟨fuisse β⟩: V 53, 7.

ζ): a milibus passuum . . *u.* **mille** *p. 609* **i) α)** *(5 loc.).*

nullum eius modi casum exspectans, quo . . . in milibus passuum tribus offendi posset: VI 36, 2.

c): haec insula . . . a superioribus regibus ⟨c⟩ in longitudinem passuum DCCCC in mare iactis molibus . . . cum oppido coniungitur: 3, 112, 2; ¶ ab angulo castrorum sinistro munitionem ad flumen perduxerat circiter passuum ⟨*ego;* passus *x; edd.*⟩ CCCC: 3, 66, 6; ¶ erat inter ⟨c⟩ oppidum ⟨c⟩ Ilerdam ⟨c⟩ et proximum ⟨c⟩ collem ⟨c⟩ . . . planitia ⟨c⟩ circiter passuum ⟨*om. af*⟩ CCC: 1, 43, 1; ¶ pedem referre et, quod mons † suberat ⟨aberat *Pr.*⟩ circiter mille passuum ⟨spatio *add. Dt.*²; *Hold.; om. X; rell. edd.; an* quod mons aberat c. m. passus?⟩, eo se recipere coeperunt: I 25, 5; et mille passuum intermisso spatio castra communit: VI 7, 4.

D. abl.: amplius passibus M: 2, 24, 4 *u.* **B. a)** abesse; ¶ cum . . . ab hostium castris non longius mille et quingentis passibus abesset: I 22, 1; non ⟨*del. Fr.*⟩ longius ⟨β; longe α; *Fr.*⟩ mille passibus ab nostris munitionibus ⟨a nostr. mun. quam mille passib. β⟩ considunt: VII 79, 1; neque longius a mari passibus CCC aberant: 3, 66, 3.

legionem Caesar, quam equis deuexerat ⟨c⟩, passibus ducentis ab eo tumulo constituit: I 43, 2.

pastor. **A. subi.:** pastoresque Domitii ⟨*Db.;* indomiti *codd.; Np., Dt.*⟩ spe libertatis excitati sub oculis domini ⟨dominis *hl*⟩ suam probare operam studebant: 1, 57, 4.

B. obi.: adducere: 1, 56, 3 *u.* **E.**; ¶ seruos, pastores ⟨seruos pastores *Pluyg.*⟩ armat (Pompeius) atque iis ⟨c⟩ equos attribuit; ex his circiter CCC equites conficit: 1, 24, 2; ¶ excitare: 1, 57, 4 *u.* **A.**; ¶ eum in Thurinum ad sollicitandos pastores praemisit: 3, 21, 4.

C. dat.: iis attribuit: 1, 24, 2 *u.* **B.** armare.

D. gen.: magno numero Albicorum et pastorum interfecto partem ⟨c⟩ nauium deprimunt: 1, 58, 4; DCCC ex seruis suis pastorumque suorum ⟨suarum *a ante corr.*⟩ numero ⟨*add. E. Hoffm.; Db.; om. codd.;* — ex seruis pastoribusque suis suorumque *Lips.;* (*Np.;*) *Dt.;* ex seruis suis pastoribusque amicorumque suorum *Madu.;* ex seruis pastoribusque suis *Ciacc.*⟩ coegerat: 3, 4, 4.

E. abl.: has (naues Domitius) colonis pastoribusque, quos secum adduxerat, complet: 1, 56, 3.

F. c. praep.: cogere ex: 3, 4, 4 *u.* **D.**; ¶ conficere ex: 1, 24, 2 *u.* **B.** armare.

patefacio. **A.:** portis patefactis eo die pace sunt usi (Aduatuci): II 32, 4.

B.: causa mittendi fuit, quod iter per Alpes, quo magno cum periculo magnisque cum ⟨c⟩

portoriis mercatores ire consuerant, patefieri uolebat: III 1, 2; ¶ discussa ⟨c⟩ niue sex ⟨o⟩ in altitudinem ⟨c⟩ pedum atque ita uiis ⟨uiis ita *h*⟩ patefactis summo militum sudore ⟨c⟩ ad fines Aruernorum peruenit: VII 8, 2.

C.: ipse cum . . . signa eius militaria atque arma Capuae essent comprensa ⟨c⟩ . . ., patefactis consiliis exclusus Capua . . . consilio destitit: 3, 21, 5.

pateo. A. = **apertum** esse **(trsl.); a)**: qui quacumque ⟨c⟩ de causa ad eos uenerunt, ab ⟨c⟩ iniuria prohibent, sanctos habent, hisque omnium domus patent uictusque communicatur: VI 23, 9; ¶ quod se Cebenna ut muro munitos existimabant ac ne singulari quidem ⟨c⟩ umquam homini eo tempore anni semitae patuerant: VII 8, 3.

b): se nullum extraordinarium honorem adpetisse, sed exspectato legitimo tempore consulatus eo fuisse contentum, quod omnibus ciuibus pateret: 1, 32, 2.

B. = **pertinere, extendi, porrigi; a) non additur in latitudinem, in longitudinem:** (eius munitionis, quae ab Romanis instituebatur, circuitus XI ⟨X β⟩ milia passuum tenebat ⟨patebat *coni. Dt.*⟩: VII 69, 6;) ¶ crassitudo: 2, 8, 2 *u.* turris; ¶ huius Hercyniae ⟨c⟩ siluae . . . latitudo nouem dierum iter expedito patet: VI 25, 1; ¶ ad extremum musculi tectum . . . quadratas regulas IIII patentes digitos defigunt: 2, 10, 4; ¶ ut eius fossae ⟨*om.* β⟩ solum ⟨*om. AQ*⟩ tantundem pateret, quantum summae ⟨c⟩ fossae ⟨c⟩ labra distarent ⟨c⟩: VII 72, 1; ¶ patebat haec (turris) quoque ⟨c⟩ uersus pedes XXX, sed parietum crassitudo pedes V: 2, 8, 2.

b) patere in latitudinem *u.* **in** *p. 103 sq.* **β)** *(5 loc.);* patere in longitudinem *u.* **in** *p. 104 (5 loc.).*

patens (ui adiectiui): intellegebat magno cum periculo prouinciae futurum, ut homines bellicosos, populi Romani inimicos, locis patentibus maximeque frumentariis finitimos haberet: I 10, 2; — muro turribusque deiecti in foro ac locis patentioribus ⟨patentibus β⟩ cuneatim constiterunt: VII 28, 1.

pater. A. propr.; a) subi.: adnare: 2, 44, 1 *u.* peruenire; ¶ adpetere: VII 4, 1 *u.* obtinere; ¶ cum pater familiae ⟨familias *Aim.*⟩ inlustriore loco natus decessit, eius propinqui conueniunt: VI 19, 3; ¶ cuius (L. Caesaris) pater Caesaris erat legatus: 1, 8, 2; ¶ persuadet Castico . . ., ut regnum in ciuitate sua occuparet, quod pater ante habuerat: I 3, 4; ¶ nasci: VI 19, 3 *u.* decedere; ¶ persuadet Castico, Catamantaloedis filio, Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et a senatu populi Romani amicus appellatus erat: I 3, 4; cuius pater in ea ciuitate regnum obtinuerat ⟨tenuerat β⟩ interfectusque erat a Cassiuellauno: V 20, 1; Vercingetorix, . . . cuius pater principatum Galliae totius obtinuerat et ob eam causam, quod regnum adpetebat, a ⟨c⟩ ciuitate erat interfectus ⟨interdictus *hik*⟩: VII 4, 1; ¶ accidit, ut pauci milites patresque ⟨patrisque *z*⟩ familiae, qui aut gratia aut misericordia ualerent aut **ad* naues adnare possent, recepti in Siciliam incolumes peruenirent: 2, 44, 1; ¶ posse: 2, 44, 1 *u.* peruenire; ¶ tenere: V 20, 1 *u.* obtinere; ¶ ualere: 2, 44, 1 *u.* peruenire.

b) appos.; α): hi (milites) . . . Ptolomaeum patrem in regnum reduxerant: 3, 110, 6.

β): in testamento Ptolomaei patris heredes erant scripti ⟨c⟩ ex duobus filiis maior et ex duabus *filiabus* ea, quae aetate antecedebat: 3, 108, 3.

γ): quos (milites) . . . Alexandriam traduxerat belloque confecto apud Ptolomaeum, patrem pueri, reliquerat: 3, 103, 5; qui ambo . . . magnam . . apud patrem Ptolomaeum auctoritatem habuerant: 3, 109, 4; ¶ superiore consulatu cum patre Ptolomaeo et lege et senatus consulto societas erat facta: 3, 107, 2.

c) obi.: appellare: I 3, 4 *u.* **a)** obtinere; cuius (Teutomati) pater ab senatu nostro amicus erat appellatus: VII 31, 5; ¶ cuius (Procilli) pater a C. Valerio Flacco ciuitate donatus erat: I 47, 4; ¶ interficere: V 20, 1 *et* VII 4, 1 *u.* **a)** obtinere; ¶ recipere: 2, 44, 1 *u.* **a)** peruenire; ¶ (reducere: 3, 110, 6 *u.* **b) α)**.)

d) genet.: filiumque puerili aetate in publico in conspectu patris adsistere turpe ducunt: VI 18, 3; ¶ ad eum (Ptolomaeum) Pompeius misit, ut pro hospitio atque amicitia patris Alexandria reciperetur: 3, 103, 3; ¶ patrum (nostrorum) memoria *u.* **memoria** *p. 558* **B. b)** *(4 loc.);* ¶ propinqui: VI 19, 3 *u.* **a)** decedere; ¶ (testamentum: 3, 108, 3 *u.* **b) β)**.)

e) c. praep.: se ita a patribus maioribusque suis didicisse: I 13, 6.

(relinquere apud: 3, 103, 5 *u.* **b) γ)**; auctoritatem habere apud: 3, 109, 4 *ib.*)

societatem facere cum: 3, 107, 2 *u.* **b) γ)**.

B. Dis pater: Galli se omnes ab Dite patre prognatos praedicant: VI 18, 1.

(C. patres = maiores *u.* **memoria** *p. 558* B. b) *(4 loc.)*.)

paternus: amitae meae Iuliae maternum genus ab regibus ortum, paternum cum diis immortalibus coniunctum est: *ap. Suet.* 6; ¶ huic et paternum hospitium cum Pompeio et simultas cum Curione intercedebat: 2, 25, 4.

patiens *u. p. 1021.*

patientia. A. = καρτερία: recordabantur . . . se superiore anno . . . labore et patientia maximum bellum confecisse: 3, 47, 6; — tamen uirtute et patientia nitebantur atque omnia uulnera sustinebant: 1, 45, 6; — sed tamen haec singulari patientia milites ferebant: 3, 47, 6; ¶ in eadem inopia, egestate patientiaque ⟨*Aldus;* patientia, qua ante *Hell.; Hold.;* patientia qua *codd.; Schn., Fr., Db.*⟩ Germani permanent: VI 24, 4.

B. = εὐπείθεια: eorum ⟨*o*⟩ permotus uocibus, qui illius patientiam paene obsessionem appellabant: VI 36, 2.

C. = πρᾳότης, φιλοφροσύνη: patientiam proponit suam, cum de exercitibus dimittendis ultro ⟨*c*⟩ postulauisset; in quo iacturam dignitatis atque honoris ipse facturus esset: 1, 32, 4.

patior. A. = ferre, perferre: fortunam *u.* **fortuna** *p. 1326* b) *(3 loc.)*; ¶ quod neque ancorae funesque *sustinerent neque nautae gubernatoresque uim tempestatis pati possent: V 10, 2.

ut omnia, quae imperarentur, sibi patienda ⟨et perferenda *add.* β; *Schn.; prob. Db.*⟩ existimarent: VII 30, 4; sed tamen ad omnia se descendere paratum atque omnia pati rei publicae causa: 1, 9, 5.

B. = sinere, concedere; a) sequitur acc. c. inf.; α) act.; αα): (Allobroges sese) ui coacturos, ut per suos fines eos ire paterentur: I 6, 3; a Sequanis impetrat, ut per fines suos Heluetios ire patiantur: I 9, 4; ne quos amplius Rhenum transire pateretur: I 43, 9; quod suos liberos, nisi cum adoleuerunt, . . . palam ad se adire non patiuntur (Galli): VI 18, 3; qui (Cicero) . . . ne calonem quidem quemquam extra munitionem egredi passus esset: VI 36, 1; orat, ne patiatur ciuitatem prauis adulescentium consiliis ab amicitia populi Romani deficere: VII 39, 3; aut ipse propius accedat aut se patiatur accedere: 1, 9, 6; illi autem hoc acrius instabant neque regredi nostros patiebantur: 3, 45, 5.

ββ): reliquos . . in fugam coiciunt ac ne in locis quidem superioribus consistere patiuntur: III 6, 2; hic (Attius) . . . Tuberonem portu atque oppido prohibet neque adfectum ualetudine filium exponere in terra ⟨*c*⟩ patitur, sed . . . cogit: 1, 31, 3.

γγ): uel sibi agros attribuant uel patiantur eos tenere ⟨tenere eos β⟩, quos armis possederint: IV 7, 4.

β) pass.; αα): quod uero ad amicitiam populi Romani attulissent, id iis ⟨*c*⟩ eripi quis pati posset? I 43, 8; (Neruios) nihil pati uini reliquarumque rerum ad ⟨*c*⟩ luxuriam ⟨*c*⟩ pertinentium ⟨*c*⟩ inferri: II 15, 4; [uinum ad se omnino ⟨omnino ad se β⟩ importari non sinunt ⟨paciuntur β⟩: IV 2, 6;] suos enim quisque opprimi et circumueniri non patitur: VI 11, 4; obsecrant, ut suis fortunis consulat neu se ab hostibus diripi patiatur ⟨*sic* β; consulat neue ab hostibus diripiantur α; cons., ne ab hostibus diripiantur *Ditt.*⟩: VII 8, 4; neque se neque reliquos municipes pati posse C. Caesarem imperatorem bene de re publica meritum tantis rebus gestis oppido moenibusque prohiberi: 1, 13, 1; cur uulnerari pateretur optime meritos de se milites? 1, 72, 2; eo die tabernacula statui passus non est: 1, 81, 2; Trebonio magnopere mandauerat, ne per uim oppidum expugnari pateretur: 2, 13, 3; hoc nomen obtinuit atque ita se postea salutari passus est ⟨*add. V.*⟩, sed ⟨neque *Np.; edd.*⟩ in litteris numquam ⟨*Bergk;* quas *x; edd.*⟩ scribere est solitus . . .: 3, 71, 3; Pompeius suis praedixerat, ut ⟨*c*⟩ Caesaris impetum exciperent . . . aciemque eius distrahi paterentur: 3, 92, 1.

ββ): conatus est Caesar reficere pontes, sed nec magnitudo fluminis permittebat neque ad ripam dispositae cohortes aduersariorum perfici patiebantur: 1, 50, 1.

γγ): relinquebatur, ut neque longius ab agmine legionum discedi Caesar pateretur et: V 19, 3; qui si improbasset, cur ferri passus esset ⟨pass' *a*⟩? si ⟨et si *ahl*⟩ probasset, cur . . . prohibuisset? 1, 32, 3.

b) sequitur ut: neque suam neque populi Romani consuetudinem pati, uti optime meritos ⟨*c*⟩ socios desereret: I 45, 1; neque suam pati dignitatem, ut tantis copiis tam exiguam manum . . . adoriri non audeant: VI 8, 1.

c) abs. (subaudiendus est acc. c. inf.); α): refertur etiam de rege Iuba, ut socius sit atque amicus; Marcellus *consul passurum in praesentia negat: 1, 6, 4.

β): Caesar . . . secutus hostes ⟨*c*⟩, quantum diei tempus est passum, circiter tribus milibus ⟨*c*⟩ ex nouissimo agmine interfectis altero die ad Alesiam castra fecit: VII 68, 2; hanc [in]super contignationem, quantum tectum plutei ac

uinearum passum est, latericulo adstruxerunt: 2, 9, 2; ubi quantum storiarum demissio patiebatur, tantum eleuarant ⟨c⟩: 2, 9, 6.

patien(tissimu)s: at hi miserrimo ac patientissimo ⟨*Ald.;* potentissimo *codd.*⟩ exercitui ⟨c⟩ Caesaris luxuriem obiciebant, cui semper omnia ad necessarium usum defuissent: 3, 96, 2.

patienter: qui se ultro morti offerant, facilius reperiuntur ⟨c⟩, quam qui dolorem patienter ferant: VII 77, 5; quae tamen omnia et se tulisse patienter et esse laturum: 1, 85, 11; quas tamen difficultates patienter atque aequo animo ferebant: 3, 15, 5.

patria: non enim has aut conspectus patriae aut propinquorum praecepta ad extremum uitae periculum adire cogebant: 2, 7, 1; ¶ se domo patriaque expulsos omnibus necessariis egere rebus: 3, 32, 4.

patrius: (Neruios) incusare reliquos Belgas, qui se populo Romano dedidissent ⟨c⟩ patriamque ⟨et patriam β⟩ uirtutem proiecissent: II 15, 5.

patronus: principes uero esse earum partium Cn. Pompėium et C. Caesarem, patronos ciuitatis: 1, 35, 4; ¶ quibus (clientibus) more Gallorum nefas est etiam in extrema fortuna deserere patronos: VII 40, 7.

patruus: (Vercingetorix) prohibetur ⟨*del. Ald.*⟩ a ⟨c⟩ Gobannitione, patruo suo, reliquisque principibus . . ., expellitur ex oppido Gergouia: VII 4, 2.

pauci. 1. adiect.; A.: futurum esse paucis annis, uti: I 31, 11; ubi paucis ante ⟨antea *a*⟩ annis L. Valerius . . . interfectus esset: III 20, 1; quod paucis ante annis ex ⟨c⟩ praetura eam prouinciam obtinuerat: 1, 31, 2; ¶ ut paucis mutatis centurionibus idem ordines manipulique constarent: 2, 28, 1; ¶ cum paucis conlocuti clientibus suis . . . conati sunt . . . Volusenum interficere: 3, 60, 4; ¶ omnes copiae paucis praesidio relictis cohortibus exeunt: 1, 69, 4; praesidio impedimentis paucas cohortes relinquit: 1, 80, 4; ¶ illi imperata faciunt et paucis diebus intermissis referunt: VI 10, 4; Pompeius, ubi nihil profici equitatu cognouit, paucis intermissis diebus rursum eum nauibus . . . recipit: 3, 58, 2; (Caesar) castra transtulit paucisque intermissis diebus eadem ⟨c⟩ Pompeius occupauerat: 3, 66, 4; — ibi . . . castra posuit. paucis diebus interpositis noctu insidias equitum conlocauit: 3, 37, 5; — paucos dies morari *u.* **dies** *p. 894* α) *(4 loc.);* — a quibus cum paucorum dierum iter abesset: IV 7, 2; — hostes uiderunt ea, quae diu longoque spatio refici non posse sperassent, paucorum dierum opera et labore ita refecta, ut: 2, 16, 1; — paucis diebus *u.* **dies** *p. 900 sq.* ββ) *(9 (10) loc.);* — paucis ante diebus *u.* **ante** *p. 275* β) *(4 loc.);* — quos auxilii causa rex Iuba paucis diebus ante Vticam miserat: 2, 25, 3; — paucis post diebus (diebus post paucis) *u.* **dies** *p. 902* δδ) *(7 loc.);* ¶ quo in loco cum paucis equitibus esse dicebatur: VI 30, 1; quo cum paucis equitibus profectum Ambiorigem audiebat: VI 33, 3; his paucos addit equites: VII 45, 3; ii ⟨c⟩ (equites) . . . magnum hostium numerum pauci sustinuere: 1, 51, 5; desiderati sunt eo die sagittarii circiter CC, equites pauci, calonum atque impedimentorum non magnus numerus: 1, 51, 6; Petreius cum paucis equitibus occulte ad exploranda loca proficiscitur: 1, 66, 3; cum . . . praetoria cohorte caetratorum barbarisque equitibus paucis, beneficiariis suis, . . . improuiso ad uallum aduolat: 1, 75, 2; uidetisne . . . exiguas esse copias missas, quae paucis ⟨diebus *add. a*⟩ equitibus pares esse non potuerint? 2, 39, 3; ne militibus quidem ut defessis neque equitibus ut paucis et ⟨*om. af*⟩ labore confectis studium ad pugnandum . . . deerat: 2, 41, 3; hortatur Curionem Cn. Domitius . . . cum paucis equitibus circumsistens, ut: 2, 42, 3; Sabinum cum cohortibus V paucisque equitibus in Aetoliam misit: 3, 34, 2; ¶ ipse arcano cum paucis familiaribus suis ⟨suis fam. *f*⟩ conloquitur: 1, 19, 2; ¶ pauci lenunculi ⟨lembunculi *Ciacc. cod.*⟩ ad officium imperiumque conueniebant: 2, 43, 3; ¶ paucis mensibus ante, paucis ante mensibus *u.* **mensis** *p. 561* **D.** *(3 loc.);* ¶ centurionibus et paucis militibus intromissis: VII 12, 4; hunc ex primo ordine pauci Caesaris consecuti milites consistere coegerunt: 1, 13, 3; pauci ⟨O^2; paucis *z*⟩ ex his militibus . . . ab equitatu excipiuntur: 1, 64, 7; ut pauci milites patresque ⟨patrisque *z*⟩ familiae . . . in Siciliam incolumes peruenirent: 2, 44, 1; quarum cohortium milites . . . Iuba conspicatus . . . magnam partem eorum interfici iussit, paucos electos in regnum *praemisit: 2, 44, 2; ¶ paucae ultimae nationes . . . hoc ⟨c⟩ facere neglexerunt: III 27, 2; ¶ Nasidius . . . cum classe nauium XVI, in quibus paucae erant aeratae, . . . peruehitur: 2, 3, 1; Caesar . . . cum . . . nauibus longis Rhodiis X et Asiaticis paucis Alexandriam peruenit: 3, 106, 1; ¶ patres familiae: 2, 44, 1 *u.* militeș; ¶ in magno impetu maris atque

aperto, paucis portibus interiectis, quos tenent ipsi, omnes fere . . . habent uectigales: III 8, 1; ¶ qui (Rufus) sententiam Calidii paucis fere mutatis rebus ⟨uerbis *edd. uett.; del. Ciacc.*⟩ sequebatur: 1, 2, 4; ¶ secundum flumen paucae stationes equitum uidebantur: II 18, 3; ¶ bucinatore in castris et paucis ad speciem tabernaculis ⟨-li *z*⟩ relictis . . . exercitum . . . reducit: 2, 35, 7; ¶ et ⟨*c*⟩ paucis turmis praesidio ad impedimenta dimissis reliquos equites ad latera disponit: VI 8, 5; ¶ uerba: 1, 2, 4 *u.* res; paucis cum esset in utramque partem uerbis disputatum: 1, 86, 3; ¶ et paucis uulneribus acceptis complures ex his occiderunt: IV 37, 3; eosque ex siluis expulerunt paucis uulneribus acceptis: V 9, 7.

B.: ii . . . pauci: 1, 51, 5 *u.* **A.** equites; ¶ eadem celeritate paucos suos ex fuga nactus . . . ad mare peruenit: 3, 96, 4; nauiculam paruulam conscendit cum paucis suis: 3, 104, 3.

2. **ui subst.; A. masc.; a) subi.:** ad quemuis numerum ephippiatorum equitum quamuis pauci adire audent: IV 2, 5; ¶ proelium committunt, et pauci de nostris cadunt: I 15, 2; ¶ coniungere: 3, 97, 5 *u.* petere; ¶ id (oppidum) . . . propter . . . muri . . altitudinem paucis defendentibus expugnare non potuit: II 12, 2; ¶ euadere: III 19, 4 *u.* **b)** relinquere; ¶ pauci ex proelio elapsi ⟨β; lapsi α; *Np.*⟩ . . . ad T. Labienum . . . perueniunt atque eum de rebus gestis certiorem faciunt: V 37, 7; ¶ pauci ordinis senatorii, qui se cum iis ⟨*c*⟩ coniunxerant, nocte fuga salutem petiuerunt: 3, 97, 5; ¶ pauci ex tanto numero se incolumes ⟨*o*⟩ in castra recipiunt: VII 88, 4.

b) obi.: paucis amissis sese in proximos montes conferunt: 1, 51, 5; triduum moratus paucis in oppugnatione amissis re infecta inde discessit: 3, 40, 6; ¶ plures paucos circumsistebant: IV 26, 3; ¶ cum . . . ciuitas . . . conuenisset doceretur que paucis ⟨doceretur perpaucis *AQ*⟩ clam conuocatis . . . fratrem a fratre renuntiatum: VII 33, 3; ¶ impetum . . . in cohortes faciunt paucisque deiectis ⟨delectis *a*⟩ reliquos sese conuertere cogunt: 1, 46, 1; ¶ compluribus interfectis longius impeditioribus locis secuti paucos ex suis deperdiderunt ⟨disperdiderunt *af*⟩: III 28, 4; ¶ paucis interfectis reliquos incertis ordinibus perturbauerant: IV 32, 5; paucisque utrimque interfectis Caesar loca maxime necessaria complexus noctu praemuniit ⟨*c*⟩: 3, 112, 7; ¶ reliquos equites ⟨*c*⟩ consectati paucos, qui ex fuga euaserant, reliquerunt: III 19, 4.

c) dat.: quam rem et paucis contigisse et: I 43, 4.

d) genet.: (quo . . . † latorum ⟨*codd.; paucorum coni. Np.*⟩ audacia numquam ante descensum ⟨*c*⟩ est: 1, 5, 3;) ¶ ut potius priuato paucorum et latronum quam regio consilio susceptum bellum uideretur: 3, 109, 6; ¶ ut se et populum Romanum factione ⟨pactione *hl*⟩ paucorum oppressum in libertatem uindicaret: 1, 22, 5.

e) c. praep.: relictus in itinere cum paucis incidit in Vibullium Rufum: 1, 15, 4; — mittitur L. Decidius Saxa cum paucis, qui loci naturam perspiciat ⟨-iant *O*⟩: 1, 66, 3.

(ut) per paucos probati et electi in prouincias mittantur: 1, 85, 9.

B. neutr.; a) obi.: pauca addere *u.* **addo** *p. 147* **B. a) α) αα)** *et* **δδ)** *(1 + 3 loc.);* ¶ pauca eiusdem generis addit cum excusatione Pompei coniuncta: 1, 8, 4; ¶ pauca apud eos loquitur, **queritur* ⟨locutus queritur *Paul*⟩, quod sibi a parte eorum gratia relata non sit: 1, 23, 3; consurgere iussit et pauca apud eos de lenitate sua locutus . . . omnes conseruauit: 3, 98, 2; ¶ (paucis mutatis: 1, 2, 4 *u.* 1. **A.** res;) ¶ Ariouistus ad postulata Caesaris pauca respondit, de suis uirtutibus multa praedicauit: I 44, 1.

b) abl.: ipse equo in oppidum uectus . . . paucis ⟨diebus *add. codd.; del. Jurin.;* paucis diebus *del. Paul*⟩ quae fieri uellet Vticae constituit atque imperauit: 2, 44, 3.

paucitas. A. subi.: non illi paucitatem nostrorum militum . . . causae fuisse cogitabant: 3, 72, 2.

B. obi.: cum . . . paucitatem militum ex castrorum exiguitate cognoscerent: IV 30, 1; quod et paucitatem eorum ex loco superiore cognoscere et uirtutem despicere potuerint: VII 20, 6; ¶ his copiis fidens Achillas paucitatemque militum Caesaris despiciens occupabat Alexandriam: 3, 111, 1; ¶ postea dispecta ⟨*Paul; Hold.;* despecta *X; edd. rell.*⟩ paucitate ex omnibus partibus impetum faciunt: VI 39, 4; ¶ barbari nuntios . . . dimiserunt paucitatemque nostrorum militum suis praedicauerunt: IV 34, 5.

C. c. praep.; a) ad: magna parte militum confecta uulneribus res ad paucitatem defensorum peruenerat: V 45, 1.

b) propter: legionem neque eam ⟨*c*⟩ plenissimam detractis cohortibus duabus et compluribus singillatim . . . absentibus ⟨*c*⟩ propter pauci-

tatem despiciebant: III 2, 3; quarum rerum a nostris propter paucitatem fieri nihil poterat: III 4, 4; nauigationem impeditam propter inscientiam locorum paucitatemque portuum sciebant ⟨*u. CC*⟩: III 9, 4; etsi propter multitudinem et ueterem belli gloriam paucitatemque nostrorum se tuto dimicaturos existimabant: III 24, 2; cum essent infirmi ad resistendum propter paucitatem hominum crebris confecti uulneribus: 3, 9, 3.

pauimentum: palma per eos dies [in tecto] inter coagmenta lapidum ex pauimento exstitisse ostendebatur: 3, 105, 5.

paulatim. A. = sensim; a) de tempore: (Galli) paulatim ⟨qui paulatim *Aim.*⟩ adsuefacti superari ... ne se quidem ipsi cum illis uirtute comparant: VI 24, 6; ¶ imperat, ut simulatione timoris paulatim cedant ac pedem referant: 2, 40, 3; quorum impetum noster equitatus non tulit, sed paulatim ⟨*recc.; paulo* a^1*; paulum fhl*⟩ loco motus cessit: 3, 93, 3; ¶ paulatim circumuentus interficitur: V 37, 2; ¶ tribunos militum monuit, ut paulatim sese legiones coniungerent et conuersa signa in hostes inferrent: II 26, 1; ¶ paulatim autem Germanos consuescere Rhenum transire ... populo R. periculosum uidebat: I 33, 3; ¶ diductisque ⟨ded. *Ofh*⟩ nostris paulatim nauibus ... mobilitati nauium locus dabatur: 2, 6, 2; ¶ aurigae interim paulatim ⟨paulum β⟩ ex proelio excedunt: IV 33, 2; ¶ frumentum parce et paulatim metiri instituit: VII 71, 8; ¶ horum uocibus ac timore paulatim etiam ii ⟨*c*⟩ ... perturbabantur: I 39, 5; ¶ tali dum pugnatur modo, lente atque paulatim proceditur: 1, 80, 1; ¶ pedem referre: 2, 40, 3 *u.* cedere; ¶ ubi paulatim retorqueri agmen ad dextram ⟨*c*⟩ conspexerunt: 1, 69, 3.

b) de loco (= molliter, leniter): collis ... in ⟨*c*⟩ fronte ⟨*c*⟩ leniter fastigatus ⟨*c*⟩ paulatim ad planitiem redibat: II 8, 3.

locus erat castrorum editus et paulatim ab imo adcliuis circiter passus mille: III 19, 1; — scrobes ... fodiebantur paulatim angustiore ad infimum fastigio: VII 73, 5.

B. = singillatim, singuli (deinceps): rursus coniuratione facta paulatim ex castris discedere et ⟨*c*⟩ suos clam ex agris deducere coeperunt: IV 30, 2.

paulisper: animi est ista mollitia ⟨*c*⟩, non uirtus, paulisper inopiam ⟨in. paul. β⟩ ferre non posse: VII 77, 5; ¶ paulisper intermitterent proelium: III 5, 3; ¶ itaque paulisper apud oppidum morati ... contenderunt: II 7, 3; hostes paulisper morati militum nostrorum impetum non tulerunt: V 21, 5; ibi paulisper sub armis moratus facit aequo loco pugnandi potestatem: 1, 41, 2; ¶ hic paulisper est pugnatum: 3, 67, 5; ¶ qui celeriter arma capere potuerunt, paulisper nostris restiterunt: IV 14, 4; ¶ angusto in loco paulisper equitum nostrorum uim sustinuerunt: VI 30, 3; paulisper una proelium sustinent: VI 38, 3.

(**Paullus:** Philippus et Cotta ⟨Paullus et Marcellus *Terpstra; u. CC*⟩ priuato consilio praetereuntur neque eorum sortes deiciuntur: 1, 6, 5.)

paululum: quod is collis ... paululum ex planitie editus tantum ... patebat, quantum: II 8, 3; ¶ duobusque interfectis reliquos a porta paulum ⟨paululum β⟩ submouit: VII 50, 5.

paulum. 1. ui subst.; A. subi.: paulumque ⟨paululumque *f*⟩ afuit ⟨*f; affuit l; fuit a; abfuit Oh*⟩, quin Varum interficeret: 2, 35, 2; ¶ ut ... paene naturam studio uincerent semperque paulum ad summam felicitatem defuisse uideretur: VI 43, 5.

B. obi.: quod ibi paulum frumenti reliquerant: 1, 78, 3; ¶ si uero alteri paulum ⟨paululum *O*⟩ modo tribuisset fortuna, non esse usurum condicionibus pacis eum, qui superior uideretur: 3, 10, 7.

C. c. praep.: ita pugnans post paulum ⟨paululum *afk*⟩ concidit: VII 50, 6.

2. ui aduerbii; A. paulum; a) c. uerbis: pedestresque copias paulum ⟨paulo *AQ*; paululum *af*⟩ ab eo loco abductas ⟨*Paul;* abditas *AQ*β; *edd.;* additas *BM;* adductas *N*⟩ in locis superioribus constituunt: VII 79, 2; ¶ quaeque ⟨*c*⟩ ibi ⟨*c*⟩ naues imprudentia aut tempestate paulum ⟨paulo *a*⟩ suo cursu decesserunt: 3, 112, 3; ¶ ille in sua sententia perseuerat et paulum ⟨paululum *O*⟩ ex eo loco degreditur: 1, 72, 4; ¶ aurigae interim paulatim ⟨paulum β⟩ ex proelio excedunt: IV 33, 2; Cassiuellaunus ... itinera nostra seruabat paulumque ex uia excedebat: V 19, 1; ¶ paulum quidem intermissa flamma ... centuriones recesserunt: V 43, 6; ¶ (quorum impetum noster equitatus non tulit, sed paulatim ⟨*recc.; paulo* a^1*; paulum fhl*⟩ loco motus cessit: 3, 93, 3;) ¶ tum praemissis paulum impedimentis ... inquit: VI 8, 3; ¶ paulumque a maioribus castris ⟨*c*⟩ progressus aciem instruxit: I 50, 1; cum illi aut ex arido aut paulum in aquam pro-

gressi ... tela coicerent: IV 24, 3; legionem *X. eodem iugo mittit et ⟨*om.* β⟩ paulum ⟨paulo *AQa*[1]; paululum *f*⟩ progressam inferiore constituit loco: VII 45, 5; ipse paulum ⟨paululum *af*⟩ ex eo loco cum legione progressus ... euentum pugnae exspectabat: VII 49, 3; naues soluit paulumque a portu progressus litteras a Caesare accipit: 3, 14, 1; ¶ paulum ⟨paululum *a*⟩ legiones Caesar, quas pro uallo constituerat, promoueri iubet: VII 70, 5; ¶ uno interfecto reliquos paulum propellit: V 44, 11; ¶ ad eas (arbores) se adplicant atque ita paulum ⟨paulo *B*[1]; paululum *Aim.*⟩ modo reclinatae quietem capiunt: VI 27, 3; ¶ barbari constiterunt ac paulum ⟨modo *add. X; edd.; ego del.; an* etiam?⟩ pedem rettulerunt: IV 25, 2; ¶ naues longas ... paulum remoueri ab onerariis nauibus ... iussit: IV 25, 1; cum paulum ab legionibus nostros remouissent ⟨*u. CC*⟩: V 16, 2; ¶ duobusque (hostibus) interfectis reliquos a porta paulum ⟨paululum β⟩ submouit: VII 50, 5; ¶ cuius ⟨*c*⟩ aduentu spe inlata militibus ... paulum ⟨paululum *a*⟩ hostium impetus tardatus est: II 25, 3.

b) c. adiect.: tigna bina sesquipedalia paulum ab imo praeacuta ... inter se iungebat: IV 17, 3.

(c) c. aduerb.: paulum minus: VII 51, 4 *u.* **B. a)** minus; paulum supra: VI 9, 3 *u.* **B. b) α)** supra.**)**

B. paulo; a) c. comparatiuo: quae (legio) pro subsidio paulo aequiore loco constiterat: VII 51, 1; ¶ **(**paulo altiores: V 1, 2 *u.* latiores;**)** ¶ quorum alter milia passuum circiter quinquaginta, alter paulo amplius ab ⟨*c*⟩ iis ⟨*c*⟩ absit: V 27, 9; abest derecto itinere ab Vtica paulo amplius passus ⟨*c*⟩ mille ⟨*c*⟩: 2, 24, 4; ¶ in hoc fere medio spatio tumulus erat paulo editior: 1, 43, 1; ¶ p. eminentiores: 2, 9, 3 *u.* longiores; ¶ ut nullum paulo fortius factum latere posset: III 14, 8; ¶ et paulo [quam] sunt eiusdem generis [et] ceteris humaniores ⟨*u. CC*⟩: IV 3, 3; ¶ ad celeritatem onerandi subductionisque (naues) paulo facit humiliores, quam quibus ... uti consueuimus: V 1, 2; — alter ... erat uallus humiliore paulo munitione: 3, 63, 2; ¶ quod paulo incautius custodias in muro dispositas uidebat: VII 27, 1; ¶ (naues) ad onera ac ⟨*c*⟩ multitudinem iumentorum transportandam paulo latiores ⟨altiores β⟩ (facit), quam: V 1, 2; ¶ id autem est iugum ... utraque ex parte praeruptum atque asperum, sed tamen paulo leniore ⟨leuiore *Oaf*⟩ fastigio ab ea parte, quae ad Vticam uergit: 2, 24, 3; ¶ has trabes ⟨*c*⟩ paulo longiores atque eminentiores, quam extremi parietes erant, effecerunt ⟨*c*⟩: 2, 9, 3; — qui paulo longius aggeris petendi causa processerant: II 20, 1; cum paulo longius a castris processisset: IV 32, 3; progresso ei paulo longius litterae *a* Gadibus redduntur: 2, 20, 2; temptandam sibi Achaiam ac paulo longius progrediendum existimabat: 3, 55, 1; — quod paulo aberat longius: V 46, 4; frumentum ⟨*o*⟩ se ⟨*c*⟩ exigue dierum XXX habere ⟨*c*⟩, sed paulo etiam longius tolerare ⟨*c*⟩ posse parcendo: VII 71, 4; aciemque instruxit primo ⟨*c*⟩ suis locis pauloque a castris Pompei longius: 3, 84, 2; ¶ duobus maximis bellis confectis maturius paulo, quam tempus anni postulabat, in hiberna ... exercitum deduxit: I 54, 2; ¶ eo die milites sunt paulo ⟨paulum α⟩ minus septingenti ⟨milites paulo minus .DCC. sunt β⟩ desiderati: VII 51, 4; altera (nauis sustulerat) ex ueterana (legione) paulo minus CC: 3, 28, 3; ¶ nulla fuit ciuitas, quin ... mitteret, non ciuis Romanus paulo notior, quin ad diem conueniret: 2, 19, 2; ¶ pauloque habuit post id factum Caesar quietiorem Galliam ⟨galliam quietiorem β⟩: V 58, 7; ¶ a quibus cum paulo tardius esset administratum: IV 23, 2; ¶ imperat, ut paulo tumultuosius omnibus locis uagentur ⟨*c*⟩: VII 45, 1.

b) c. uocibus, in quibus notio comparatiuo similis inest; α) aduerb. et praepos.: Cenabenses paulo ante mediam noctem silentio ex oppido egressi flumen transire coeperunt: VII 11, 7; paulo ante tertiam uigiliam est animaduersum fumare aggerem: VII 24, 2; — *u. praeterea* **ante** *p. 275* **c) α)** *(12 loc.)*; ¶ pauloque citra ⟨circa *Ol pr.*⟩ eum locum aliis comprehensis collibus munitiones perfecerunt: 3, 46, 6; ¶ hi sunt magnitudine paulo infra elephantos: VI 28, 1; — duae (naues) eosdem ... portus ⟨*o*⟩ capere non potuerunt et paulo infra delatae sunt: IV 36, 4; nuntiatur ... magnum ire agmen aduerso flumine ... et paulo infra milites nauibus transportari: VII 61, 3; ¶ idoneam tempestatem nactus paulo post mediam noctem naues soluit: IV 36, 3; — Libo ... ad Pompeium proficiscitur. paulo post renuntiat: 1, 26, 5; — — ipse post paulo ⟨paulo post *af;* post paulum *recc.; Whitte*⟩ silentio egressus ... eum locum petit: VII 60, 4; ab his primo Marsi dissentire incipiunt ..., post paulo tamen internuntiis ... missis ... de L. Domitii fuga cognoscunt:

1,20,4; ¶ his constitutis rebus paulo ⟨*efk; Wesenbg.*; paulum *α* *(X??)*; *edd.*⟩ supra eum locum . . . facere pontem instituit: VI 9,3; ac paulo supra hanc memoriam serui et clientes . . . una cremabantur: VI 19,4; ¶ post . . . Caesar paulo ultra eum locum castra transtulit: 3,66,4.

β) **uerbis:** harum (alcium) est consimilis capris figura et uarietas pellium, sed magnitudine paulo antecedunt: VI 27,1; ¶ (legionem *X. . . . mittit et ⟨*c*⟩ paulum ⟨paulo *AQa*; paululum *f*⟩ progressam inferiore constituit loco: VII 45,5.)

pauor: prius quam se hostes ⟨*o*⟩ ex terrore ⟨pauore β⟩ ac fuga reciperent: II 12,1.

pax. **A. subi.:** desinite ergo de compositione loqui; nam nobis nisi Caesaris capite relato pax esse nulla ⟨non *O*⟩ potest: 3,19,7.

B. obi.: accipere: 3,57,4 *u.* referre; ¶ conciliare *u.* **concilio B.** *p. 628 (3 loc.)*; ¶ constituerunt . . . cum proximis ciuitatibus pacem et amicitiam confirmare: I 3,1; his rebus pace confirmata . . . leni uento soluerunt: IV 28,1; ¶ facere *u.* **facio** *p. 1255* **c)** *(4 loc.)*; ¶ malle: I 44,4 *u.* **D.**; ¶ qui (legati) cum eum in itinere conuenissent . . . suppliciterque locuti flentes pacem petissent: I 27,2; pueri mulieresque ex muro passis manibus suo more pacem ab Romanis petierunt: II 13,3; neque condiciones accipiendas arbitrabatur ab iis ⟨*c*⟩, qui per dolum atque insidias petita pace ultro bellum intulissent: IV 13,1; quibus (legatis) pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondet ⟨*c*⟩ obsidesque ad se adduci iubet: IV 18,3; in petenda ⟨impetenda *BM*⟩ pace eius rei culpam in multitudinem contulerunt ⟨*c*⟩ et . . . ut ignosceretur petiuerunt: IV 27,4; cum ultro in continentem legatis missis pacem ab se petissent: IV 27,5; quibus rebus coacti Menapii legatos ad eum pacis petendae ⟨pet. pac. *a*⟩ causa mittunt: VI 6,2; — testibus se militibus uti posse, quanto studio pacem petisset: 3,90, 2; ¶ sese ne obsidibus quidem datis pacem Ariouisti redimere potuisse ⟨*c*⟩: I 37,2; ¶ quod si fecisset, quietem Italiae, pacem prouinciarum, salutem imperii ⟨*c*⟩ uni omnes acceptam relaturos: 3,57,4.

C. gen.: sese neque legatos missuros neque ullam condicionem pacis accepturos: II 15, 6; illo tamen ⟨*c*⟩ potius utendum consilio . . . quam aut ⟨*c*⟩ deditionis aut ⟨*c*⟩ pacis subeundam condicionem: VII 78,2; hanc unam atque extremam esse pacis condicionem: 1, 85, 12; quem ubi Caesar intellexit . . . neque ullam spem aut condicionem pacis adferre: 3,17,6; — ut condiciones pacis dimittendas non existimaret: 1,26,2; non esse usurum condicionibus pacis eum, qui superior uideretur: 3,10,7; condiciones pacis, quoniam antea conuenire non potuissent, Romae ab senatu et a populo peti debere: 3,10,8; ¶ tempus uero conloquio non dare . . . magnam pacis desperationem adferebat: 1,11,3; ¶ nihil horum ad pacandas Hispanias, nihil ad usum prouinciae prouisum, quae propter diuturnitatem pacis nullum auxilium desiderarit: 1,85,7; ¶ spes: 3,17,6 *u.* condicio.

D. abl.: si pace uti uelint ⟨si pacem mallent β⟩, iniquum esse de stipendio recusare: I 44,4; portis patefactis eo die pace sunt usi: II 32,4.

E. c. praep.; a) ab: omnium ordinum partes in misericordia constitisse, ipsos duces a pace abhorruisse: 1,85,3.

b) ad: ea, quae maxime ad pacem pertinere uiderentur, ageret: 3,19,2; ¶ omnium animi intenti esse ad pacem uidebantur: 3,19,4.

ut quam integerrima essent ad pacem omnia: 1,85,2; id sibi ad praesentem obtinendam libertatem satis esse; ad reliqui temporis pacem atque otium parum profici: VII 66,4.

c) de: hoc unum esse tempus de pace agendi, dum pares ambo uiderentur: 3,10,7; conatus tamen nihilo minus est aliis rationibus per conloquia de pace agere: 3,18,5; ¶ † summissa oratione loqui de pace atque altercari cum Vatinio incipit ⟨*sic codd.*; *Np.*; sed missa orat. de pace loqui atque *Terpstra*; *Kran.*; sed missa or. d. p. loqui elate atque *Dt.*; [summissa oratione] loqui de p. atque *Db.*; sed omissa oratione de p. altercari *Oud.*⟩: 3,19,5; ¶ Pompeius . . . misit ad me N. ⟨*c*⟩ Magium ⟨*c*⟩ de pace: *ap. Cic. ad Att.* IX 13 *A*, 1; ¶ legatos mittere de pace *u.* **de** *p. 820 (7 (8) loc.)*; ¶ unus ⟨*c*⟩ ex iis, qui legati de pace ad Caesarem uenerant: II 6,4; eodem die legati ab hostibus missi ad Caesarem de pace uenerunt: IV 36,1.

sese omnia de pace expertum ⟨experta *Nx*⟩ nihil adhuc **effecisse*: 3,57,2.

d) in pace: in pace nullus ⟨nullis *AQ*β⟩ est communis magistratus: VI 23,5.

pecco: quo maiorem, credo, licentiam habeant, qui peccare conentur: 2,31,7; — quod in eo peccandi Germanis causa non esset: I 47,4.

(Pectones *u.* **Pictones.)**

pectus: matres familiae . . . pectore

nudo prominentes passis manibus obtestabantur ⟨*o*⟩ Romanos: VII 47, 5; — ut . . . pedites . . tantum modo umeris ac summo pectore exstarent ⟨*c*⟩: 1, 62, 2.

(**pecuarius**: cohortemque postea duplici stipendio, frumento, ueste, cibariis ⟨*Cuiac.;* frumento uespeciariis *uel* frumentoue speciariis *z;* frumentariis, pecuariis *Wölffel; Dt.;* frumentoque et pecuariis *Hell.*⟩ militaribusque donis amplissime donauit: 3, 53, 6.)

pecunia. A. subi.: HS LX . . . Domitio reddit, . . . etsi eam pecuniam publicam esse ⟨esse publ. *h*⟩ constabat datamque a Pompeio in stipendium: 1, 23, 4; 2, 20, 8 *u.* **B.** tradere.

B. obi.: uiri ⟨*c*⟩ quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt ⟨acceperint *fh*⟩, tantas ex suis bonis aestimatione facta cum dotibus communicant: VI 19, 1; ¶ cuius modo ⟨*c*⟩ rei nomen reperiri poterat, hoc satis esse ad cogendas pecunias uidebatur: 3, 32, 2; ¶ communicare: VI 19, 1 *u.* accipere; ¶ conferre *u.* **confero** *p. 637 (3 loc.);* ¶ et pecunia ad necessarios sumptus conrogata . . . discessit: 3, 102, 4; ¶ credere: 3, 1, 2 *et* 20, 4 *u.* soluere; ¶ ad senatum refertur . . ., pecunia uti ex aerario Pompeio detur: 1, 6, 3; 23, 4 *u.* **A.**; ¶ a ⟨*c*⟩ publicanis suae prouinciae debitam biennii pecuniam exegerat: 3, 31, 2; ¶ deponere: 3, 33, 1 *u.* tollere; ¶ militibus aequa facta aestimatione pecuniam pro his rebus dissoluit ⟨soluit *O*⟩: 1, 87, 1; ¶ distribuere: 1, 39, 3 *u.* sumere; ¶ exigere *u.* **exigo** *p. 1217 sq. (5 loc.);* ¶ imperare *u.* **impero** *p. 77 (6 loc.);* ¶ quam ⟨quas *Db. typothetarum errore;* qui *l*⟩ maximas potuerunt pecunias mutuati . . . ad Pompeium transierunt: 3, 60, 5; ¶ magnam imperatam . . . Achaiae populis pecuniam exegerat, magnam ⟨*Ald.;* magnas *codd.*⟩ societates earum prouinciarum, quas ipse obtinebat, sibi numerare coegerat: 3, 3, 2; ¶ pecuniam atque equos inter se partiti sunt: VII 55, 5; ¶ (Treueri atque Indutiomarus) nullum tempus intermiserunt, quin . . . ciuitates sollicitarent, pecunias pollicerentur: V 55, 1; illi (Indutiomari propinqui) finitimos Germanos sollicitare et pecuniam polliceri non desistunt: VI 2, 1; (Vercingetorix) horum principibus pecunias, ciuitati autem imperium totius prouinciae pollicetur: VII 64, 8; pecunias, quas erant in publicum Varroni ciues Romani polliciti, remittit ⟨-tti *af*⟩: 2, 21, 2; cum (Coelius) . . . equitibus . . Caesaris Gallis atque Hispanis . . . pecuniam polliceretur: 3, 22, 3; ¶ a publicanis . . . pecuniam exegerat et ab isdem insequentis anni mutuam praeceperat: 3, 31, 2; ¶ cum Lentulus consul ad aperiendum aerarium uenisset ad pecuniam ⟨que *add. hl*⟩ Pompeio ⟨pompeii *hl*⟩ ex senatus consulto proferendam: 1, 14, 1; ¶ pecunias monimentaque, quae ex fano Herculis conlata erant in priuatam domum, referri in templum iubet: 2, 21, 3; ¶ remittere: 2, 21, 2 *u.* polliceri; ¶ cum fides tota Italia esset angustior neque creditae pecuniae soluerentur: 3, 1, 2; legem promulgauit, ut sexenni ⟨*c*⟩ die ⟨*c*⟩ sine usuris creditae pecuniae soluantur ⟨-uerentur?⟩: 3, 20, 4; ¶ simul a tribunis militum centurionibusque mutuas pecunias sumpsit, has exercitui distribuit: 1, 39, 3; 3, 103, 1 *u.* tollere; 3, 105, 1 *u.* **D. a)** summa; ¶ tota Italia . . . arma imperantur, pecuniae a municipiis exiguntur, e fanis tolluntur: 1, 6, 8; Ephesi a fano Dianae depositas antiquitus pecunias Scipio tolli iubebat: 3, 33, 1; Pompeius . . . pecunia societatis sublata et a ⟨*c*⟩ quibusdam priuatis sumpta ⟨mutuo sumpta *Ciacc.*⟩ et aeris magno pondere ad militarem usum in naues imposito . . . Pelusium peruenit: 3, 103, 1; reperiebat T. Ampium ⟨*c*⟩ conatum esse pecunias tollere Epheso ex fano Dianae: 3, 105, 1; ¶ relatis ad eum publicis cum fide rationibus quod penes eum est pecuniae tradit ⟨-didit *f*⟩: 2, 20, 8; Massilienses . . ., ut est imperatum, . . . pecuniam ex publico tradunt: 2, 22, 5.

